



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Metelli Tegerseensis, Qvirinalia. In Lavdem S. Qvirini Martyris. Nunc
Primum Ex Codice Manuscripto Monasterij Tegerseensis edita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

METELLI
TEGERSEENSIS,
QVIRINALIA,

IN
LAUDEM S. QVIRINI
MARTYRIS,

NVNC PRIMVM EX CODICE MANV
scripto Monasterij Tegerseensis
edita.



ce AD



AD LECTOREM.

METELLI apographum ex codice manu scripto Tegerseensi habuimus beneficio Nobilis & Amplissimi viri Marci Velferi Duumviri Augustani. Quis Metellus hic fuerit, nobis non constat aliud, quàm monachum Tegerensem seu Tegerseensem fuisse, & vixisse circa annum Domini Millesimum sexagesimum. Auctor ipsa antiquitate se commendat. Et quibus hactenus ne nomen quidem Metelli huius Boicorum poëtarum, quod sciam, antiquissimi, notum fuit, iis Metellus tantò gratior erit, quantò inexpectatior.



INCL



INCIPIVNT QVIRINA
LIA METELLI IN LAVDIBVS
BEATI QVIRINI GLORIOSI MARTY-
ris, ad instar Odarum Flacci Horatij diuerso me-
tri genere contexta.

Ita Apographū
ex m. 6.

QVOD PATRE CÆSARE E-
DITVS SÆCVLVM REGNIQVE
decus spreuerit.

ODE MONOCOLOS TETRASTRO-
phos, metrum Asclepiadeum.



FLOS pūrpureus, tu rosa nobilis,
Martyr conspicuus, testis idoneus,
Stirpis Cæsareæ germen amabile,
Cula Sydereæ clarus in ordine.

Pro Christi positus nomine fascibus,
Regni delicias ac diademata
Spernens, diuitias cunctâq; terrea,
Regnum perpetuum sanguine possides.
Felix qui superi munera luminis,
Eterniq; boni iura perennia
Nancisci potuit, merce solubili,
Lucrans astra solo, carcere regiam.
Fortis qui rigidas spernere cuspides,
Instantem gladium temnere quiuerat
Acer, cui solij gloria sorduit,
Et in imperij pro nihilo fuit.

Præpollens animis, celsus acumine,
 Secreuit placidus fluxa manentibus,
 Hæc ex arbitrij culmine despicit,
 Hæc quærens auido pectore * suscipit.

*fort. suspicit.

Margarita nitens & pretio bona,
 Spreuit patricij munia nominis,
 Vix prætexta togæ serica cesserat,
 Loricam fidei mox tener induit.

Ad bellum properat, quod malè suscitæ
 Indignata piis ira tyrannica;
 Regnant orbe furor atque malignitas,
 Virtus, iustitia, sunt quasi crimina.

Stat lex, culpa sedet, arbiter est reus,
 Plectit pœna probos debita noxiis,
 Ut collisa magis clarius emicet
 Iustorum bonitas & patientia,

Auri more, rudis rudera quod scrobis
 Aut limus madidis contribulant vadis,
 Lectum diluitur de patriis aquis,
 Si quid sordis inest, Mulciber excoquet;

Insignes animas sic Deus, erutas
 Diræ barbarie splendiscat fide:
 Gentili rabie cum pius erudit,
 Labis terrigenæ fecibus eluit:

Hinc opphrotico, purius obrizo
 Mundans, supplicij dedicat ignibus,
 Gemmatas meritis ornat herilibus,
 Cunctis vnde micat gratia præpotens.

Nunc alto residens æthere fulgidus,
 Laudis vota tuæ magne pater iuua,
 Vires ingenio sancte Quirine da,
 Aptum pande stylum, carmina dirige,

HENRICH
 SJJ
 COM. Jm
 SIV
 24

Vincunda canat plebs tibi cantica,
 Quae spem subsidij certa gerit tui,
 Donis supplicibus concilians sibi
 Olim nota tuae munera gratiae.
 Regum corda regas, clarifica duces,
 Primates doceas iustitiam sequi,
 Pacem des populo, dirige praesules,
 Firmes Ecclesiam, schismata dirue,
 Indulge precibus, crimina dilue,
 Languentes releua, solue pericula,
 Annonas tribue, pelle nocentia,
 Laudemus dominum te duce perpetim.

Quod anno Romanæ vrbis Millesimo, Philippus primus
 Christianus Imperator cum filio Philippo regnaue-
 rit. Et de ludis triduanis in campo Martio.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS
 metrum Sapphicum,

Iam satis terris, ratione verbi,
 Qua Deus dignans habitare terris,
 Corporis nostri sibi membra iunxit,
 Virgine matre,
 Grandinis duræ pater ille misit,
 Cuius excedens vtero perenni
 Perstat Æneis glacies ruinis
 Irresoluta.
 Dexteram cælo validus rubentem
 Extulit, cornu crucis explicatam,
 Et micans hasta bene fulgurante
 Perculit orbem.

Terruit

Terruit gentes, graue ne periret
 Saeculum, Paulus noua iura monstrans,
 Creditum Petrus pecus egit agnos,
 Crdua pasci.

Credulum ligno genus inde piscis
 Haeserat diuae requies columbae,
 Et sacris lymphis anima natatae
 Purificanda.

Tempus annum millesimum rotabat,
 Roma quo se cana caput coronat,
 Lata plenum conditionis euum
 Percelebrando.

Verticem regina Deo superbum
 Fronte matura reuerenda flexit,
 Principis cedente domo Philippi
 Subiuga Christi.

Nec tamen liquere manus heriles
 Regios gestus habitus prioris,
 Curia flos officiosa membra
 Compserat aule.

CAPL.

Exit in pompam gradus omnis urbis,
 Consules & patricij, senatus,
 Militaris ordo, tribunus & plebs,
 Verna satelles,
 Circulatores, pugiles, equestres,
 Curruum certamen, agon, palestra,
 Belluarum pugna, genus ferarum
 Vndique rarum.
 Terna lux & nox podium tenebat,
 Peruigil cætus immemor fit,

Multa ludorum nouitas stuporem
Mentibus infert.

Et nec auditu satiatur auris,
Pars nec pupilla repletur vnquam

Visibus, nec mens agilis nouorum
Tedia nouit.

Hic luto fictos homines reludit,
Hic aquis sub Deucalione mersos,

Saxos hic aruicolas reformae
Aufsice Pyrrha.

Hic Lædo memorans ab ouo,
Nium bello capit, ille Thebas

Mutua fratrum simulat duorum
Cæde cadentes.

Fabula viuunt & agunt, loquuntur;
Quidquid vnquam vixit, ibi resurgit,

Insper qua nulla fuere, frustra
Viuerè cogunt.

Atibus iussis agitata ludunt,
Bruta sentiscunt & habent loquelas,

Atque humanus facie ferina
Degenerat se.

Instruit scenas imitando gesta
Horrido persona tremenda vultu,

Atque verbis verbaq; discit actis
Consimulare.

Hic tragedias licuit videre
Omnium de tempore seculorum,

Si quid admirabile bella seu pax
Egit in orbe.

Arbiter sedit populo Quiritum
Exhibens spectacula digna Caesar,

f

Filio

Filio consorte throni, paternum
Nomen habente.

Quòd vrbs in summo tunc flore fuerit, & quanta munificentia princeps currus, equos & elephantos strinasque dederit ac bestias.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. PRIMVS
versus GLYCONIVS, secundus Asclipiadem.

Sic te Roma potens Tibri,
Sic patres gemini lucis Apostoli,
Rectorq; * regat pater,
Sic cunctis alijs iura ferat pia
Clavis, qua tibi creditis
Debes Ecclesijs æthera pandere,
Sic sedem videas tuam
Cula sydereæ limina claudere,
Vt nunquam similis tibi
Posthac imperij gloria cesserit,
* Quod si canities mera
Ex in lustra seni ter duodena dat,
Iam cælo licet alteras
Ducas millesias, par nihil afferas.
Primis extima viceras,
Regni flos abiit non reuocabilis.
Quanam rite canat lyra
Augustalis honos quale dedit decus?
Quanta munificentia
Impletit theatrum gaudia principis?
Qui quò religiosior
Existebat, eò magnificentior

* In autogra-
pho hoc scholi-
um oræ ascri-
ptum erat Re-
gnantibus Phi-
lippis, iuxta Eu-
sebius & Isido-
rum & Aug. de
Ciu. Dei. mille-
sim^o annus Ro-
manæ vrbs im-
pletus est. Pri-
mo autem an-
no Philippi na-
r^o est beat^o Qui-
rinus, XXVII. æ-
tatis anno pas-

Apparebat in omnibus,
 Aptus mente DEO, corpore saculo.
 Sane sic & oportuit,
 Ve celestis apex irradians solo,
 Arcis Romuleæ caput,
 Solis perpetui lumine viuido,
 Festino diademate,
 Letis principibus plebeq; Martia,
 Præsignaret! apertius
 Eternæ patriæ gaudia lucida.
 Disponens DEVS omnia,
 Factorum modulis quæ faciet parat.
 Vibi dans celebres dies,
 Orbis Catholici lætitiâ notat,
 Quæ sanctæ fidei simul
 Omnes Ecclesiæ symbola concinunt,
 Per carmen vetus & nouum,
 Ac mundi dominam gratificans sibi,
 Sponsalis fidei dedit
 Et dotis nitidæ pignora splendida.
 Quam celi fore compotem,
 Diuino scaturiens ordine principem,
 Eternis ditronibus!
 Celsam præcipuo munere sanxerat,
 Sceptris ante potentibus
 Mundi regna manu claudere censuit.

Metrum quod supra.

[Bant in theatrum data
 Auro largis muneribus Cæsaris,
 Carrucas ibi gemmeas
 Thraces Regis equi abripiunt feri.

sus est sub Claudio, Romæ sepultus quieuit annis CCC. octoginta duobus. Translatus in Noricū requieuit hætenus annis C. CC. septē. Qui cōputati cum superioribus fiunt octingenti sedecim. Quibus ut alter milenarius Romæ ætatis & vrbs impleatur CLXXXIII. anni restāt, qui ter duodecies hoc est, XXX. sex vicibus habēt in selustrū, lustrū .n. quinquenium dicitur, quia post tot an. vrbs lustrabatur. Vnde dic. Quod si &c. Ponit autē synecdochicōs pro toto numero partem maiorem, nam supersunt III. anni vltra quinquaginta.

It caelo populi fremor,
 Solem nube tegit puluis Olympicus,
 Sudant cornipedes citi,
 * fort. ire: vel
 arc. *Cident* * are rotae pondere stridula.
 Turmas belligeras rebit
 Turri dispositas Indica bellua,
 Castris mobilibus, fuit
 Innox pugna diu, percita bestiiis,
 Quas cursus vice praepetes
 Certarunt pedites vincere velites:
 Illa sed celeres ruunt,
 Acres horridulo gutture barriunt,
 Hostes ore truci petunt,
 Et proboscibus proxima verberant.
 Quis nomen vetus hoc erat,
 Lucas nosse boues plebs auct vrbica.
 Hos Lucania primitus
 Vrbi victa dedit sub duce nobili.
 Tandem Gracia subdita
 Nomen dans, ai im al fert elephanteum.
 Strena praeterea nitent
 Plures aureolae, munere regio,
 Olim principibus probis
 Iani principis auspicio datae,
 Fausto temporis omine,
 Vt ferret ducibus strenua strenuis
 Annus gesta recentior.
 Illas nobilitas Caesaribus piis,
 Rex dignis procerum dabat
 Vrbi quas Latiae tum iuueni dedit
 Rex Titus Tatius prior,
 Festas accipiens paupere munere

Verbenas studio patrum,
 Solers posteritas quas creat aureas,
 Servant dona tamen notam
 A luco veteri nomine Srenua.
 Præbent applicitas quoque
 Ludi sorte feras Iona plurimas,
 Quæ donaria publica
 Nomen ducta trahunt Ionio mari.
 Pantheræ, tigrides, leo,
 Campos innumeri sanguine Martios
 Parâ, Linx, Aper imbuunt.
 Insumunt hominum prælia bestie,
 Id perpes faceret dies,
 Ludi parturiunt omne genus suum,
 Totis rebus & artibus
 Vibs annurjenij * celebrat sui.

* Concelebrat.

De pace Ecclesiis data per Philippum Imperatorem.
 Et quod Origenes litteras dedit ad ipsum. Et
 quod à Decio occisus est.

ODE DICOLOS DISTROPHOS, PRIMVS

versus Archilochius tetrameter, heroico & tribus tro-
 chæis constat, secundus penthemimere iam-
 bica & tribus trochæis.

Soluitur acris hiems tersa niue persecutionis,
 Trabunt abundas præsules cateruas.
 Et iam nec gladiis licitor micat, vslulator igni,
 Nec martyrum flos marcet his pruinis.
 Sacra chorea deum laudat * pie gratulata pace
 Refertq; carmen læta Trinitati,

* fort. pia.

f 3

Quæ

Qua fons est vita, triplex ubi vena gratiarum,
 Duplo repensat simpla dona nostra
 Principis inuicti pietate gaudet omnis orbis,
 Quieuerant hinc mortis officinae.
 Criminibus demptis er gastula neminem tenebant,
 Bonis & uidebant qui malis carebant.
 Caesaris exemplo cunctis data norma praeualebat,
 Profana demum iure deserenda,
 Et cunctae fidei gratè documenta consequenda.
 Nec dum DEO se subdidit senatus;
 Aetamen edoctus scriptis pius Imperator almis,
 Viri per omnes Graecias celebris
 Origenis, adest cui copia praedicationis,
 Ubique cautos instruens fideles,
 Se fidei sanctae cum prole domoq; subdit omni.
 Probatur * isdem litteras dedisse
 Doctor ad hunc Regem, regniq; comparem Seueram,
 Recepta nomen cui fides nouaric
 Mitius, indulgenti illi Genouefa nuncuparis
 Opinio quod credit absque noxa.
 Sed noscatur eodem nomine virgo Gallicana,
 Nec ullus inter segreges oberret
 Septies hic anno felice monarchiam gubernans,
 Coronat urbem fascibus salutis,
 Dum canos eius Christo venerabiles dicauit,
 Superna regna pignorans eidem.
 Clarior Augusti successibus idem Iulijq;
 Vierque quorum quiescere terras
 Viribus armorum totis, nece ciuium priorum,
 Cruenta terris & mari trophaea,
 Sub calo tantum tristitenuere signa prona,
 Supra nil ausi, praeter inlytam spem:

*idem

HENRICH
 SJJ
 COME AM
 SLV
 24

Iste triumphales aquilas super astra primus effert,
 Herilis ausus incruentus auctor.
 Gemibus excisis illi regionibus potiti,
 Dedere iura, quo darent tributa:
 Hic libertati dat perpetuae iugo solutos,
 Deum fateri quos docet perennem.

CAPL.

O Regum fortunatissime, ter quaterq; fauste,
 Polum tenes iam septies beate,
 Ius caeleste recepisti, tibi debet vrbs honorem
 In omne tempus laudis sempiterna.
 Salis extulerat Reges sub opinione fama
 Ad aucta quorum creuerat triumphis:
 Quid dignum poterit tandem tibi gratiae referre,
 Nouae dabit quam dignitatis arcem?
 Turregni fines super aethera victor extulisti,
 Reiq; tantum publicae dedisti,
 Quod prius in terris reptans, super astra verticem fert,
 Prius per arua lata, nunc in altum crescit,
 Robore deuincens omnes nisi se, peremerat se,
 Tuo ducatu fit valentior se,
 Qua princeps pacis sine sanguine nouit imperare,
 Vt ante terrae, nunc potens polorum.
 Quo feror, heu migrat quo gloria principalis illa:
 Fugit caducus & petit perennes.
 Inuidiam virtus diram comitem perosa liquit,
 Et amula cor perforans abiit.
 Aspernata polo super euolat ad patrem supremum,
 Sedet quiesca nec memor malorum.
 Decius excellenti viri probitate vulneratus,
 Tyrannicam vim colligit per armans.

*Ecce maiestatis caput imperiale merse ymbris.
 Deum fidelis spiritui reuulsi.
 Vrbs Verona patrem, caesum manibus feri latronis
 Remisit astris, caelitus beandum.
 Nominisq; regni par, filius eius vrbe Roma,
 Sinu parentis scilicet peremptus,
 Martyrij celsa comis sequitur patrem corona.
 Vterque palmam sic adeptus almam,
 Vrbi quæsitos firmat patriæ lares supernæ,
 Habet perenni luce mansionem,
 Et titulum proprio de sanguine purpurante scriptum,
 Ibi reuelat curia beatæ,
 Quem Regi regum nunc pro populi salute pandit,
 Periculisq; consulit suorum.
 Ciuibus æquis testamenta suo labore parta
 Perennis eui non sinunt resolui.
 Horum sceptrigera de stirpe resedit aureus flos
 QVIRINVS, infans septimum sub annum
 Etatis crescens, & congenitus throno paterno,
 Sibi recondit hunc Deus pusillum,
 Seruans tutamen patriæ, miseris dedit leuamen,
 QVIRITIBVS qui dux fidei fuisset,
 Nobilium Romana tribus sequeretur vt propinquos,
 Fidesq; digno teste vera firmet.*

De magna Decij tyrānide; Et quomodo B. QVIRINVS
 septennis, in morte patris fratrisq; Imperatorum,
 XX. annis postea sub sex regibus vixerit.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.
 Primi duo versus Asclepiadei sunt, tertius, Pherecratius
 constans, spondeo, dactylo, spondeo, quartus
 GLYCONIVS.

Quid tutat gracilis te puer ut rosa?
 Seclusum nitidis seruat honoribus?
 Casu mira sub arcto,
 Plane dextra potens DEI.
 Seruatur placitum quem dedit atruci,
 Regis Saul odio dum ferus imminet,
 Septo millibus antro,
 Parcit cui pius emulus.
 Fusi irruerant Allobili globis,
 Ut prædas agerent in regionibus
 Cogunt ciue relicto,
 Sisti prælia publica.
 Sic testem DEVS hunc continuit suum,
 Dum vir sanguineus cædibus imperat,
 Plures vndiq; motus,
 Tunc Respublica pertulit.
 Feruet belligeris seditionibus,
 Hostili grauitèr subdita principi,
 Qui dum nobilitat se:
 Vexat Cesareum genus,
 Primores odijs fulminat igneis.
 Fædo more ferox inuidet omnibus,
 Præferri sibi posse
 Quos formidat, eos premit.
 Natus Pannoniæ finibus vltimis
 Ciuis Dalmatici limitis hic erat:
 Romanam pietatem
 Nescit barbarus insolens.
 Multis oppositus namq; potentibus,
 Dum per magna furit, paruulus effugit
 Qui credens adolescit
 Clara nobilis indole.

Orbatus patre iam fratresq; regibus,
 Vita lustra sue bis duo iunxerat
 Septenos super annos,
 Quos viuo patre duxerat;
 Sed mutant eadem tempora Caesares,
 Regnandi vicibus quattuor editi;
 Prima solus & ima,
 Regnarunt medijs duo.

Mensem quindecimum Decius imperat
 Gallus sedecimum cum socio* tenet
 Ter quinum Galienus
 Annum cum patre* ceperat:

Quo capto quomodo Catholicos premens,
 Bellis Arsacides imparibus petit,
 Seruans vnica arcem,
 Pacem Christicolis dedit.

Tandem barbaricis victor ab hostibus
 Donatur Catua Claudius aurea
 Insectando fideles
 Gessit sceptrum biennio.

De mysterijs numeri Septenarij, & quomodo puer
 QUIRINVS septennis post mortem patris, cum
 matre baptizatur.

CAPIT. METRVM QVOD SVPR.

Contempletur amans tempora mystica,
 Etatis numerum censeat arbitris
 Humana ratione,
 Diuinaq; scientia.

Quid septem valeant, quid decies duo,
 Quid par efficiat quid sit in impari.

* Filio suo Vo
 lufiano.

* Valeriano.

HENRICAN
 SJJ
 tom 9
 SLV
 24

Quid proportio donec,
 Quid sequi altera copulet,
 Quid Regum series nomine serias
 Personas tribuens, regnaq̄ quatuor,
 Verbi plena boni sunt.
 Horum singula nil vacat:
 Qua quis ritè queat carmine dicere?
 Quis sensum Domini nouerit assequi,
 Ni præcelsa Sophia
 Se nosci dabit & sua?
 Que cunctis dominans, suauiter imperat,
 Mensura, numero, pondere condidit,
 Quicquid rus, mare, cælum
 In se continet, aut creat.
 Lux septena diem dat requiescere:
 Felices animæ sabbatha nunc agunt:
 Vultum septicipem fert,
 Factorem similans homo.
 Lux septena refert tempora seculo.
 Septem dona locant Ecclesias DEO.
 Septem iuda columnis
 Est ædes sapientiæ.
 Parricida Cain plectitur heptade.
 Mortem vitat Enoch septimus ex Adam.
 Septem clara planetis
 Cælis aethra moras agit.
 Bis septena Noë munda recondidit:
 Septenoq̄ die missa renuncia
 Defert ore columba
 Frondis pacifera decus.
 Septenas Abraham teste locans oues,
 Fontem Bersabee iure suum probas,

Numerus septenarius.

Septem Sara diebus
 Diuo funere plangitur.
 Agnum septima lux bis rediens edit,
 Sternens primigenos Israel educat,
 Cui rubrum mare fundens,
 Hostem fluctibus obruit.
 Caudex aureolus sex calamos habens,
 Primis lege sacris per Moysen datus,
 Septem compta lucernis,
 Attollit capitellula.
 Septenis Salomon frugibus annuis,
 Templum perficiens dedicat ultimo,
 Bis septena dierum
 Dans Encania plebibus.
 Septenas hiemes Rex fera pertulit.
 Tres fornax refouet seruida septies.
 Septena Danielelem
 Dat luci Leo septimus.
 Machabæa tribus, aspera gentibus,
 Septenis micuit splendida fratribus
 Sacra lege per arma,
 Obtenta magis inclita.
 Dum septena virum semina prændidit,
 Septenos oculos fert petra Scanea
 Qua veræ fidei lux,
 Cunctis Ecclesijs patet.
 Septennis lauacrum pufio regius
 Tantis mysterijs nobile suscipit,
 Demum matre volente,
 Primo tunc ea credidit.
 * Quia Seuera Olim barbarico more Seuerior *
 Vocabatur. Vt nomen tenuit Ethnica manserat,

* Quia Seuera
 Vocabatur.

*Sed cum pignore dulci
Christum serior induit.*

De diuersis rationibus septenarij & vicensarij numeri,
quibus ætas B, QVIRINI computatur, de numero
Regum.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS.

Tres versus Asclepiadei sunt, quartus

GLYCONIVS.

Scriberis varia sorte poematum.

Martyr digne cani Maonia lyra.

Quare cunq; ferox ira satellitis,

Te miles bone torserit.

Nos in laude tua sollicitos iuua

Infantile decus, dum tibi neſtimus,

Cantu florifero ferta nitentia.

Felix hæc puer accipe.

Virtutes animi prætitulat tibi

Ænorum series in numero mare:

Quo primæuus adhuc imbueris fide.

Et Christo patre nasceris.

Tres ac bis gemini te super additi

Præſignant fidei morigerum sacra;

Implet trina dies, bis duo moribus

Quadrandis modulum ferunt.

*Maiestas, * sapiens, * & pia * creditur;*

Prudens inſtaq; mens robur agens modo

Informare virum nobiliter solet

Tutum caſibus aſperis.

Sed vis mente triplex eſt, ſcit amat quoq;

Quo falli poterit nec Academicus

* Pater, * Fili-
us, * Spiritus
Sanctus.

G 3

Qui

Sid

Qui per cuncta refert, quid nisi falleris,
Nam qui fallitur est tamen.

Si fibras animæ carnis originem,
Scrutemur pariter, claret apertius,
Nostri materies intus & aforis
Septeno numero data.

Tres vires animæ Conditor indidit
*Spiritualiter
Intellectus agit per * Mathematicam;
Discernit ratio singula cognita,
Quæ mox vis memor accipit.

Cellas officijs his cerebrum gerit,
Intellecta fores sincipitis terit,
Quæ iudex ratio vertice digerit.
Et sic occipiti dabit.

Pandens hæc eadem iura forinsecus,
Corpus viuificat, sensificat regit,
Hac de fruge sua nil homini negans.
Cui nec debilitas neget.

Lungens corpus agit vis Elementica,
Laudes quaternas
Viuax igne calet, spirat ab aëre:
Lymphis irriguum terra parens fouet,
Constans his alitur quoq̄.

Flos vernans pueris, iunior aestuat,
Autumnando senes, decrepidos niuo
Candentes hyemat singula singulis
Rebus tempora concinunt.

Anni quinque quater, bis duo quinquies
Qui septena super tempora prodeunt.
Nil nunc significant vtilis omnis
Consultis rationibus.

Impar nora pari, par me at impari,
Stringunt alterutris se sibi brachijs.

HENRICUS
SII
COMES
SIV
24

In semet redeunt quisq; per alterum,
Arithmetica quod probat.

Quae prestante viro digna connexio,
Pandit per pariles vnanimem pijs,
Præcelsum meritis denotat imparis
Summis rebus humillimum,

Qui virtute quadræ præditus ardue
Mentis quinq; fores ordine rexerat,
Iuste disposito cardine sensuum
Clauim consilij tenens.

Carnem quadrigenæ Crinxit originis
Gratè quina DEI vulnera sic pati
Vi cor, crura, manus, lex premeret Crucis,
Et sanctus Domini timor.

Etas martyrij plaudit honoribus,
Quæ membris paribus flexa per imparem,
In formam cubicam surgit acutior,
Ter ternos ter habens sinus.

Quo terras liquidis ignibus æra
Describunt numero conuenientia,
Dum par tardus humum, impar agit polum
Binis quæ medijs ligant.

Microcosmus in his se numeris videt
Conuenisse simul corpore spirita,
Et totaliter & particulariter
Par imparq; patens sibi.

Membris par numerus scilicet res solubilis
Quem nutans homo fert carne solubili,
Ast impar numerus non res solubilis
Eternas animas tenet,

Tum si vera fides corpora suscitât,
Quæ semper maneant æthere vel inferis,

*Et cum spiritibus debita propriis
Exsoluant bona vel mala.*

*Quis carnem dubitet nunc resolvablem
Æternam fieri nec resolvablem?
Nunc par proposita tunc ouat impare
Hic fini data nec ibi.*

*Sic solas animas impare vel pari
Æquè compositas sacra fides probat
Quas mutabilitas nunc variat sua
Tunc fert perpetualitas.*

*In quocunq; Cætu fors meriti locat
Ipsas iudicij sine sub vltimi,
Cum tandem reduces corpora sumserint
Mansuras benè seu malè.*

*Constant ergo pari nunc variabiles,
Stabant impare tunc inuariabiles,
Ad præsens videant vt bona diligant,
Hic mutant, ibi non licet.*

* Scilicet De-
cij, Galli, Vo-
lufiani, Valeria-
ni, Galieni &
Claudij.

Sex Regum series tempora continens,
Æthæta domini nobilis illius
Mundi primigenam reddit imaginem,
Quem lux sena peregerat.*

*Regno bis gemino sex tamen imperant,
Vt plenè replicent inclita quatuor
Secli regna senis, quæ Babylon tulit
Medus, Græcia, Romaq;.*

*Hic regno genitus pignus amabile,
Viuens & moriens fultit honor Deo,
Calis imperium quem dedit obsidem,
Vitæ præsidio sua.*

*Cuius vita breui tempore prænotat,
Regnorum capiti regna cadentia.*

HENRICH
SJJ
COMES
SIV
24

*Vrbem cum patria sanguine dedicat,
Celi regna parans ei.*

De CLAUDIO, qui post triumphum Romæ donatus aurea statua, persecutionem mouit, & religionem Catholicam exterminauit. Qui QVIRINVM captum facultate sua nudatum in custodia Transyberina posuit.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. PRIOR
*versus Heroicus, sequens vltimus tetrapoda Heroici
constat, qui Phaliscus appellatur.*

Ludabunt alij clarum genus, at mihi lenæ
Christe iugum dat verba Camenæ.
Quid tulit hic spreto cum regni culmine scepro
Martyrio pompas benè mutans?
Quas primatus habet, de se spectacula præbet
Romano placitura tyranno.
Claudius.....in hoste requisit regions
Quas diræ tulerant legiones
Barbaricæ gentis passim Romana trabentis
Iura sub ingratum famulatum.
Per tria lustra pius dum regnabat Galienus
Pace fruens bellis alienis;
Victori postquam laudem perfecerat æquam
Stans auro triuialis imago.
Præditus ille solo commouit prælia calo,
Sanctos vndiq; pressit iniquè,
Sydere & patriæ ciues abolere cœdebat,
Per quos pacem rebus habebat.
Obfidibusq; saluti ab vrbis sede repulsis

H

Cut

Aut victis & carcere clausis,
 Indemnis quibus in regnis putat esse perennis,
 Gessit vix diadema perennis.
 Morte dedit pœnas reus ob pia funera dignas,
 Qua stebat Respublica ciues.
 Vrbs vbi luminibus miserè cœcatur adeptis,
 Est tenebris obfessa vetustis.
 Rara viam vitæ pars ibat gente Quirite;
 Omnes antiquus tenet error:
 Sancta religionis hœnos exinguitur omnis.
 Fit cinis elanguens sacer ignis.
 Viuebat scintilla tamen frigente fauilla,
 Tandem mota procul micat illa,
 Dans vbi lumen, virtutis herile cacumen,
 Ex signorum diuite turba.
 Quingentis ter sex minus emicat annis,
 Romanis adeo veneratis
 Obsequijs summis & amore virum speciali,
 Vt studio nil par generali,
 Huic nisi Petre larem seu Paule tuum reputarem,
 Plurima sacra licet numerarem.
 Martyribus nitido surgentia marmore templa,
 Vberiori gratia fonte.
 Omnibus excurrebat ab hoc quicumq; petebant,
 Quos dolor aut arumna premebat.

CAPIT.

Roma caput mundi, dum regni sceptrâ tenebat,
 Hic carbunculus vrbe nitēbat.
 Romuleum ferrum post aurea Græcia mittat.
 Exin iam Respublica nutat.

HENRICH
 S J J
 COM. J M
 S I V
 24

487.

Francigenos Reges tutores Ægra poposcit
 Quod nunc stirps Carola stria noscit.
 Augustalis.....capiens diadema coronæ,
 Mox ubi regna manent, ibi gemma
 Regalis translata locatur bonorificanda,
 Immo si sint vera probanda,
 Regna magis..... migrando suere secuta,
 Norica rura prior petit illa.
 Victrices adamando manus exosa remisas,
 Transit Alpes arce relicta.
 Fibula quam chlamydis quasi comptior imperialis
 Fert locus imperij specialis.
 Teutonicas. Latiasq; tenens medioximus oras,
 Regni binas scilicet alas.
 Claudius insigni satiandus cæde QVIRINI
 Hunc quæri iubet atq; teneri.
 Facturus procerum cætu seu plebe timorem,
 Damnat vinctum nobiliorem.
 Ille catenatus Regis stetit ante tribunal,
 IESVM confessus manifestè
 Nativa sibi libertate fidem decorabat,
 Unde minus firmos solidabat.
 Possessis nudatur agris, censu spoliatur,
 Omnis abit res quam tenet hæres
 Iuris materni prænobilis atq; paterni:
 Innocuo nam crimen opes sunt.
 Rex primo blanditur, hic in Domino stabilitur,
 Nec facili leuitate mouetur.
 Rex prædara minatur, hic optat quo patiatur,
 Nec tanto terrore grauat.
 Culam.....habens in petra robore structam,
 Fert tuto vim peccare cunctam.

Ventorum, pluuia, niuis, imbris, grandinis, aura,
 Nullo prorsus turbine motus,
 Ingenuè perstabat eumq̄ negare negabat,
 Quem certis didicit documentis.
 Non flexum verbis, mox verbera conficiebant,
 Dimissum crebrò repetebant.
 Cæsum postremo dum posset vincere nemo,
 Intra castra domo latet atra.
 Trans Tyberim ductus numerofo militæ tutus,
 Temporibus multis ibi clausus.

Quod nunc Paganismo dedita, olim per Apostolos fi-
 dem receperit Persida. Ex qua nobiles Marius &
 Martha cum filijs suis beatum QVIRINVM in car-
 cere visiterunt, eiq̄ deseruierunt.

ODE DICOLOS DISTROPHOS, METRVM

Choriambicum. Primus versus constat Choriambo &
 Bacchio vel Amphibracho, secundus Epi-
 trito secundo, duobus Chori-
 ambis & Bacchio.

L Ydica regna quondam,
 Persida cum principibus progenieq̄ Regum
 Se fidei dederunt,
 Primitiuis Ecclesia temporibus subacta.
 Rebus Apostolorum,
 Strenuè gestis Domini iura libens recepit
 Calica totus orbis.
 India de finibus ortus dat vbi diem Sol,
 Que tenet arua Thomas
 Vsq̄, Spanos occidui sideris axe clausos,

Thomas in In-
 dia,

Quos Iacobus docebat
 Et Scytharum frigoribus perpetuis in ænum
 Qua tulerat Philippus,
 Ad perusta proxima quadrantificat nigellos
 Ethiopes Mattheus,
 Mundus omnis dogmata iam rescierat salutis,
 Barbarie relicta,
 Disciplinam Catholica religionis hausit.
 Contigit ergo Persas
 Regie Scirpis tunc proceres ad loca sancta voto
 Implicitos venire.
 Scilicet patrem geminis pignoribus securis,
 Matremq; filiorum,
 Audifax illis Abacuc nomina fors ferebat,
 Arbitrio parentum
 Nuncupatos, quos Marium nouimus atq; Martham,
 Virgulere gesta:
 Hi precum dum munia soluunt, eleemosynas dant,
 Ecclesias frequentant,
 Martyrum tumbas cumulant muneribus sacrumq;
 Limen Apostolorum,
 Vrbe tota carceribus depositos fideles
 Sollicitè requirunt,
 Quos fouebant obsequij sedulitate multa.
 Sumptibus adiuuantes,
 Ex facultatis propria præbitione prompta:
 Trans Tyberina castra
 Excuntes inueniunt egregium QVIRINVM
 Carcere vinculatum.
 Procidentes in faciem martyris os salutant,
 Mæchrimant ouantes,
 Osculantur vincula passim pia membra mulcent,

H 3

Offi-

Iacobus in His-
 pania.
 Philippus a-
 pud Scythas.
 Mattheus in
 Ethiopia.

Officio fidei.

Abluere ritè pedes pro Domino ligatos,

Eluicq; sacra

Se beandos vertice, nec non vultibus, imbuere:

Inde dies per octo

Sumptibus largis lacerum verberare corpus alnum

Continuè refotant,

Intimis affectibus hoc exeo luere semper,

Quem fidei tenore

Nouerant indigna pati nobilitatis alta:

Invidia tonante

Ac habenas imperij precipitante pessum

Mortibus innocentum,

Quae thronum raptis opibus constabilire tendit,

Ingenuis peremptis,

Cædibus se nobilitans opprimit eminentes,

Degenerat plus se.

Insolens hostis furia notior acriore

Quos premit insequendo,

Clariore efficit & notitia....

Corde tenus coaptat.

Inclitos qui nequitia restiterint potenti.

Metrum quod supra.

I Neerea tyrannus,

Sanguinis iustifitens consilio feroci

Dat titulos per orbem

Absq; responso sine iuris ratione captos,

Voce DEVM fatentes

Mox inauditos perimi, iudicio negato,

Ne mora saluet vllum.

Istud edictum procul euulgat vbi satellites

HENRICH
SII
COMES
SIV
24

Vrbe forosq; toto,

Bis decem tredecies 260. Catholici trahuntur *

* Al271.

Ante diu metallis

Mancipari, pro fidei robore fortiori

Porta salaria, qua *

* Pro vbi

Transfuentes vrbe foras euehit ad metalla.

Prater eos tenentes,

Plurimi quos theatro dispositos sagittis

Enecuerunt cunctos.

Concremandis corporibus ligna superstruentes,

lene fero per armant,

Insecuta nocte pij diripere per se

Corpora sacra flammis.

Et Ioannem presbyterum sollicitè vocantes

Exequias agebant.

De suo sanctis precioso satis apparatu

Linthea sericasq;

Tinxeat pallas sanie purpurea sacrandas

Nec saraballa chera

Abstinebant obsequio religionis huius.

Sic stimulant beatos,

In sinu criptæ positos cui iuga montis instant:

Plena cucurbitarum

Sobrio luctu celebrant funera digna digne:

Claudius ac cruentus

Præcauens ac præmetuens ne si causa quauis

Eriperet QVIRINVM

Quem sciebat nobiliori Cesareaq; stirpe

Clarius enitentem

Curia earum studijs & veneratione

Omnibus esse primum.

Ne fauorem forte senatus adipisceretur.

Lure

Iure propinquitatis

Aut amor communis eum praeualeat tueri.

Iudicij patentis

Vitat hunc examine rursum dare proferendum

Se.....nocte

Clanculo mandans iugulandum Tyberiq; mergi

Ab scelus, imperata

Lictor implet barbarus, & de carcere noctis hora

Eijcit innocentem,

Ac supra ripam fluij decapitat latenter;

Abstulit vnda Tybris

Dulce corpus topaceo nobilius monili,

Ad Lycaonia rus,

Insula Christo duce manans retinetur illic,

Vltima iura donec

In sepultura si tamen pie redderentur,

Summa dies ei sciat

*Quinquies dum quinta subit reddita Marti lux,**

* 25 die Martij
quæ est 3. Cal.
Aprilis.

*De hoc quod die passionis eius, omnia salutis humane
mysteria & veteri & nouo testamento, initiata sint,
& de sepultura eius, ac nece Claudij, fratrisque sui*

QVINTILII.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

*Duo versus Diiambo & syllaba, duobus Dactylis, Tertius Dime-
ter Iambicus Hypercatalecticis duobus Diiambis & syllaba*

*Quartus Pindaricus, duobus Dactylis & eoridem
Trochæis constat.*

Vides ut alta sces vice martyrum

QVIRINE, nec iam sustineas onus.

Via

Vita laborantis geluq;
 Flumina transierint soluto.
 Dissolue frigus pectoris, ut loco
 Sacro reponam digna tibi patris
 Ode canens letus pedestri,
 Carmina laude tua referta,
 Bibes in eunum vita Sorech merum
 Quadro crucis pralo * supereffluens;
 Conuiuia IESV proximis tu
 Perpetua fruereis dieta.
 DEO pius des omnia nunc tua
 Qui Crauit equor turbinibus graue,
 Ut pace te prompti serena,
 Magnificent famuli patronum.
 Tui decus palam meriti patet
 Die suprema, qua petis aethera,
 Primordiali dignitate,
 Que nitet * omnibus anteferenda festis,
 Maria Christum concipit hac die,
 DEVS Cruci suspenditur hac die,
 Inferna vicit, strauit hostem,
 Israel à Pharaone soluit.
 DEO pater natum pie victimar
 Die sub ista, qua simul omnia,
 Prisca salutis & noua sunt
 Mystica primitus inchoata.
 Polos petis testis sacer hac die,
 Reliqueras qui terrea mente regnas,
 In curia cali receptus
 Officio fruereis superno.
 Sedes ibi fautor pius omnium
 Bona fide tu vota ferentium,

* Id est torca-
lari.

* Delenda vi-
detur vox, o-
mnibus.

Assi-

*Afflictiones & labores
 Aspiciens releuensq; plebis.
 Memento nostri te memorantium,
 Salute dona laude pios tua,
 Largire pacem, solue nexus
 Atq; DEO iunge tuos per aium.*

CAPITVLVM.

R Egressus urbem cum socijs fidelis
 Vir ille Persarum MARIVS supremus
 Quæsivit in castris relictum
 Carcere trans Tyberim QVIRINVM.
 Gemit, ac tristis doluit nimis,
 Quod ut prius non huic valet obsequi,
 Cui presbyter Pastor vocatus
 Omnia gesta refert patenter;
 Videlicet noctu iugulata membra
 Rapi fluentis in Lycaoniam:
 Festinus illò Persa tendit
 Presbyter, it simul ipse Pastor:
 Amabilem prædam rapiunt citi:
 Carina gratum fert onus ad locum,
 Qui Pontiani tunc Cymitron
 Dicitur. exequias vocabat.
 Sepultus illic martyr honestius
 Cuius DEVM se viuere prodidit
 Cunctis opem præbens salutis
 Qualibet improbitate capitis.
 Ibi peregrè tempora plurima
 Iubar medele mirificum procul,
 Genti togatæ dans coruscæ,

Cylonia venerandus omni,
 Quatercenties Sol verterat orbitam
 Euntis anni bisq; quadragies }
 Super means caelo biennis, } 182
 Dum sacer hic Latio refulsit.
 Tyrannus autem Claudius impius,
 Breui securo tempore decidit,
 In Syrmio caesus tumultu
 Morte luit furias potentes.
 Senatus cuius fratre superstite
 Ut imperaret QUINTILIO * leuato
 Laudauerat Regem creari,
 Cui nocuit memor ira fratris.
 Decem dies septemq; superfuit,
 Et vrbs eum satis Aquileia dat
 Cesum pari sternens tenore,
 Ne qua tyrannica vena surgat.

Qualiter regnum à Roma in Græciam, & inde ad Teu-
 tonicis translatum sit per Pipinum, sub quo beatus
 QVIRINVS in Noricum demigravit; & de viris il-
 lustribus Adelberto & Occario.

ODE MONOCOLOS, METRVM CHORI-
 ambicum, constans spondeo, tribus Choriambis,
 & Pyrrichio.

T Vne quaesieris scire, nefas, arbitrium DEI,
 Lector, sine breui cur voluit solvere martyrem,
 Nocturnis tenebris invidia si aude perimi sinens,
 Nec tanto pugili lucta patens campus apertior
 Partam praestiterit promeriti nomine gloriam.
 Cur quem nobilitas imperij spreta dedit DEO,
 Et quem post tumulum magnifice mirificat DEVS,

1 2

Furtius

Furtivo patitur sic adigi carnificis dolo.
 Nouit cuncta DEVS, quo faciat tempore seu modo,
 Nouit post glaciem Sole piam temperiem dare,
 Nouit post rabiem barbaricam tempora gloria:
 Auri vasa quibus pura suis stent in honoribus
 Multis igne prius fumiuomo cocta laboribus.
 Etas praterijt longa sub hac tempora per dita
 Fluxit barbaries, Ecclesia Catholica nitent,
 Christo Roma suam subdiderat credula gloriam,
 Petro tradiderat sede sub hac imperij thronum,
 Constantinopolim tunc statuens Caesaribus domum;
 Qua dum ferre globis Græcigenis regna minus valet,
 Solis decidui barbaricis obuia gentibus,
 Rhenum transibijt Teutonicis imperium datum,
 Longobardus atrox dum Latium depopulans diu
 Regnandi tenuit victor ibi iura tyrannica,
 Donec Pontificis Romulei multimoda prece
 Pipinus valida progrediens castra capit manu.
 Astulphum superat cum rabida gente sua simul,
 Reddens Ecclesijs pacis opem, subruit hostica.
 Huius temporibus gemma potens exul abiit procul,
 Cui gemmis vigor est & species clarior omnibus,
 Summis digna viris, quam redimant diuitijs suis,
 Et cui se pariter, resq; suas dignius offerant,
 Quorum gesta prius, sic opus est, commemorabimus
 Personas* martyris officijs stirpeq; nobiles.
 Vt t..... veteres notitia carmine pandimus.
 Diua progenie par geminum prodierat decus
 Fratrum bellipotens ac locuples diuitijs bonos,
 Pipinum quibus & fama refert stemmate proximum
 Insignis Caroli, qui validus regna tulit. patrem:
 Adalbertus eis nomina sunt Occarius quoq;

HENRICH
 S. J. J.
 Com. m.
 S. J. V.
 24

Alter Baiarici iure Comes præcipuus soli,
 Burgundis alius belligero robore Dux probus,
 Quem gens illa canens prisca vocat nunc Osigerium.
 Primates procerum consilij clauibus intimis
 Aulam corde tenent, sed manibus prælia digerunt
 Coram Rege Duci: nempe tener filius extitit,
 Urbanoq; sales intra genus tum puer imbibit.
 Huic ludo tabula Regis erat filius obuius
 Donec doctior hic obtinuit promptius aleam.
 Rexam victus agit corde patris forte potentius
 Et Rocho iaculans mortiferè..... adegerat:
 Sublatum puerum consequitur mors properantior,
 Clam funus tegitur, res studio multiplici latet,
 Missis continuo pro Duce sen fratre suo viris,
 At... retinent vrbe super rem tamen occultit.
 Tractatus triduo protrahitur nec datur his diu
 Suspensis ratio concilij quid mora posceret,
 Tandem tracta diu sic dubiis causa resoluitur.
 Respondere Ducem iure suo Rex iubet ac Ducis.
 Quid dent iudicij iura rei, quæ refici nequit,
 Dux diiudicat hoc quicquid erit prorsus om...
 Quæ sententia dum præcipuis principibus placet,
 Assensu celebri firma stetit nec replicabilis.
 Tunc balista velut tensa foret damnifica manu,
 Telum subiiciunt corde patris de nece filij;
 Quod sic iudicij chorda recens pellat ad intima,
 Vt prolis doleat morte, tamen nil super hoc agat.
 Rex casum pueri notificat cum patruo patri,
 Nullas inde moras attribuens, expetit vt sibi
 Sacramentum daret quo nihil hac re graue præparet,
 Et legis propriæ iudicium legifer impleat,
 Formidanda manus regibus hæc tunc adeo fuit,

Tam robusta ducis quam comitis lata potentia,
 Vt non ante loco prodierint Rex, Proceres quoque
 Quam Dux atque Comes ritè fidem principibus darene,
 Ob cladem pueri nil odij vindicis exeri;
 Sed crimen venia contribui regis honoribus,
 Et regni Procerum ne subeant bella nepotibus.
 Soluunt concilium pace data militia globi
 Rebus dispositis accelerant in sua principes.

Apologia scribentis, quod non ambitione vel adulatio-
 ne, sed virtutis amore virorum illustrium gestacar-
 minibus inflorauerit.

O DE DICOLOS DISTROPHOS. METRUM

Hipponacticum Hypercatalecticum. Prior versus tribus tro-
 chæis & syllaba, vel Amphimacro, & duobus Iambis.

Secundus trimeter Iambicus, claudus; Constat Di-
 iambis tribus vna minor syllaba, vel V.
 Iambis & syllaba.

NON eburna sella me,
 Nec annulus remuneravit aureus,
 Vt Poëta prodeam
 Heros DEO probabiles canendo.
 Quo viris potentibus
 Meo stilo placere sim professus,
 Aut eis fruuentibus
 Beatitudinis perennitate.
 Quippiam superfluo
 Minore laude nitar addidisse.
 Hospes introiueram
 Amabilis sacram domum QVIRINI
 Regiamque gratia,
 Salus frequens vbi datur petenti.

HENRICUS
 S. J. J.
 COMES
 S. L. V.
 24

Conditoribus loci

Latus larvis sepulchra continebat

Sciscitans docebar hęc.

Patrum beata gesta non tacenda

Nemo derogauerit.

Nec eade Paria nisi columna

Fronte gemma nitent,

Nec arcus vnione colligatur

Nec trabes cypresseæ,

Bonos mea casa fert odores

At fides valentior,

Amorq; veritatis approbanda,

Strenuus fauet viris,

Et optimè DEO ferentibus se

Lata laude succinie

Pios & inclitos ouans recenset,

In quibus probabilem

Libens imaginem videt salutis.

Qualiter prælibati Proceres DEO se, & omnia sua offerre disponentes Romam ierint, ob patrocina sanctorum conquirenda.

METRYM QVOD VT SVpra.

REGIA vident Heri

Vbi propinquitate se grauari:

Dignitas dolebat hinc

Honoris æstimatione lesa.

Quod molestiam tulit

Nec obuiare talione fas est

Principi fide data.

Manet dolor mali citò remissi.

Quia præferentibus

Cauere

Cauere visus est rebelliones.
 Rex enim minus dolens
 Nepotis ob necem recentiore:
 Gratiam nec his habet,
 Quod ob suas preces omiserint rem;
 Quae sones sibi foret
 Cruenta suscitare bella Regi.
 Consulit quid hinc gerant;
 Et arduam DEI viam secuti
 Saeculo renunciant,
 Sacris locis suas opes dederunt,
 Inclitas DEO domos
 Suis ubiq; condidere fundis,
 Teutonum per omnerus
 Suae potentia manu retenta,
 Quae sibi reliquerant
 Patres auiq; iure comprobato,
 Dote iam remisere,
 Potente conditis decore templis.
 Insuper choris diem
 Canentibus sub omne tempus aui,
 Perpetim stipendium
 Dedere liberalitate multa:
 Ordinationibus
 Tantum prius locisq; destinatis
 Non adhuc apertius
 Renuntiauerant suis relictis,
 Dignitate pristina
 Potentiaq; strenue potiti:
 Sed recogitauerant
 Quibus decenter applicent patronis
 Latius sitas opes

HENRICH
 S. J. J.
 tom. 9. m.
 S. IV.
 24

Locisq̄ plurimis DEO dicandas,
 Cum suis ob hoc viris
 Parant piam citi profectiōnem,
 Quasiacent Apostoli
 Meant ad urbium potenter urbem,
 Unde congruos petant
 Ferantq̄ nobiles sibi patronos.

Qualiter Romam peruenientes deprædatam à Barba-
 ris transmarinis urbem & patriam vlti sunt, hostibus
 deuictis & spolijs ereptis.

ODE MONOCOLO S TETRASTROPHOS,
 metrum Sotadicum, tres versus constant tribus, quartus
 quatuor Ionicis minoribus.

Miserandi mala semper cupientes
 Operandi mala causas capiunt hic,
 In Auerno luituri malè gesta;
 Ita iustos bona semper cupientes operari,
 Operandi bona causæ comitantur,
 Quibus illis bonus actus cumuletur,
 Pè quicquid cupiebant geminetur,
 Et in autè sibi laudis decus extet, meritumq̄.
 Eadem fors beat almos proceres hos;
 Vbi Romam peregrini venientes
 Adiere, spoliatam reperere
 Furibundis cuneis indomitæ barbaries.
 Domibus nam neq̄ templis regionis,
 Sed & urbis locus vllus sine clade
 Remanebat, sacra passim temerata
 Tulit hostis truculentus mare tranans Latiale.

R

Spolijs

Spolijs iam grauis a quorū repetebat,
 Sua clasīs rate multa tegit undas,
 Ibi præadam simul omnem coaceruat,
 Reduces dū socij conueniant capta referuat.

Latia tunc pater vr̄bis Zacharias
 • Vice Petri regit orbem sacer omnem,
 Recitantur super hac re sua scripta,
 Data quondam tibi Præsul Bonifaci pie martyr.

Ea nostram quoq̄ firmant rationem,
 Nisi nomen procerum nil tacuerunt,
 Breuiter rem quoq̄ totam manifestant,
 Spoliatam regionem peregrinos reparasse.

Legiones Latius de patriis tunc
 Ad eosdem superandos inimicos
 Sociatæ, duce digno caruerunt,
 Acies Catholicas, ceu decuit, nobilitant.

Nec erat qui super hostes ita fortes
 Potuisset fieri dū animosus,
 Timidis Cusoniæ principibus sic
 Hebefactus vt adustus timet incendia cattus.

Peregrini venerantes loca sancta
 Adierunt prece Papam reuerenter,
 • Humiles tūm pauimento cecidere,
 Benedici cupientes ab eodem patre summo.

Pretiosis sibi donis placuerunt,
 Quod ab illo cupiebant retulerunt,
 Et id omni studio seruitioq̄,
 Petērūt, sacra quo pignora dono mereantur.

Magis instans sibi damnum dolet ille,
 Queritur quod regio sit populata,
 Nec ab vr̄bis procul absit dominatu
 Ferus hostis nisi tutor DEVS adsit properanter.

Procere* referabant generosi,
 Memorantes vetus hoc veridicumq;
 Nimis aiunt residet qui Lare deses,
 Inimicos tolerabit venientes nihil obstant.
 Super heros citò reddi rationem,
 Quod inermes ibi ciues titubarent,
 Et iners gens foret, hosti vigor ingens,
 Videt alta probitatis nitidū par & herile.
 Homines qui cor Achillis referabant,
 Metuendis faciebus reuerendis,
 Habitudo grauis illis stabilisq;
 Vigor & mens satis acris dat Vlysses sapientem.
 Regat ipsos prece blanda pater isdem:
 Ad honorem Deitatis dare dextram,
 Ob amorem quoq; Petri specialem,
 Super hostes aliquod ferre iuuamen sibi tandem.
 Nec eis quicquid ob hanc rem voluisset
 Precij, quamlibet Apostolum retinendum,
 Sibi post hac nihil vnquam quid agendum
 Ab ea sede petissent penitus iure negandū.
 Hilares hinc procere tunc abierunt,
 Et ad vrbis regionisq; potentes
 Patria consilium ritè tuenda
 Tribuerunt peregrini patriotis pauofactis
 Sociis Teutonicis conglomeratis
 Comitantur procere agmina primi,
 Aquilas Romuleas Noricus ensis
 Regit, ac ducit in omnes penetratorius hostes.
 Quod & olim scierat Iulius ingens,
 Neq; primum subigendis metuens his
 Populis, obuia Roma sibi bella
 Nec adeptis dubitans exuperare simul orbē.

De fuga & cæde hostium, ac reditu triumphantium,

ODE DICOLOS DISTROPHOS. PRI.
or versus Heroicus. Alter secunda constat Penthemimere Elegiaca.

Diffugere graues spolijs hostes, vbi naues
Applicuere suæ.
Quos peregrina cohors insectando benè concors
Attinet absq̃ mora.
Oppositis animis coeunt, decernitur armis
Margine littoreo,
Ludibrio mortis sauiet congressio fortis
Barbarie misera.
Quæ certans malè rapta tenere, perit laniata
Vulnifico chalybe.
Teutonibus propriè scissæ turma patuere;
Ense viam faciunt.
Atq̃ cruces animo perrumpunt turbine primo
Vt segetes acies,
Sternuntur latè turma passim superata,
Nec spolijs memores
Ad naues rapuere fugam; sed non potuere
Terga negare viris
Belligeris actis cursuq̃ nihil remoratis
Quin feriant refugas.
In siliere rates dilapsos exanimantes
Fluctibus aut gladijs.
Tingit Mars undas, tellure mariq̃ triumphans,
Gens mala cæsa ruit.
Cæderates redolent, quas mille cadauera complent,
Transstra rubent sanie:
Sentinam plenè sensere cruore carinæ:
Corpora trunca natant.

Purpureo comptus mutat sua carula Pontus
 Clara trophaea gerens:
 Hostilis propè cuncta manus ruit vndiq̃ victa,
 Fugerat extima pars,
 Solo barcarum nitens cursu vacuarum
 Spernit opum cumulos,
 Omneq̃ prædaram dimittit onus variarum
 In ratibus positum,
 Quod Latiae terra mox victores retulere
 Cuiq̃ suum patriæ:
 Vis peregrinorum dispar patet alterutrorum
 Exul vterq̃ fuit,
 Hunc mare fert Australe, solum dedit hunc Boreale,
 Viribus ambo valent;
 Messeto pugnae, hic in terra magis audax
 Post elementa meat;
 Robur eis impar multum planè, nisi fallar,
 Seu leue seu solidum.
 Hos licet Omnipotens palam prostrauerit hostes,
 Qui sacra diruerant
 Belligeratoresq̃ suos dignè meliores
 Iusserit his fieri.
 Tunc reparatores (vt erat casu sub eo res)
 Urbis & Ecclesie,
 Postq̃ creatores (vt habet se clara modo res)
 Orbe suæ patriæ
 Pluribus almarum regionibus Ecclesiarum
 Quas honor altus habet.

CAPITVLVM.

Vltices Aquila renouant decus vrbis herile,
 Quæ nituere procul

K 3

Ciuibus

Ciuibus ereptam prædam pandendo receptam
 Latitia celebri
 Pontificem comitata ruit plebs conglomerata
 Obuia principibus:
 Clerus præterea recinit cum laude trophæa
 Suscipiens proceres
 Debellandorum saluatores populorum
 Atq; patres patriæ.
 Quos acies plenè circumuisuntur amœnæ,
 Nullus abest numero,
 Dum cuneis totis propè deciderit ferus hostis,
 Nemo sub his periit
 Militia ducibus non armatus neq; nudus,
 Nemo pedes vel eques,
 Oblectat ciues laudum victoria diues,
 Quæ dabat incolumes
 Victores cum re capta sine clade redire
 Auspice sorte ducum.
 Quapropter letus numerat cum Præsule cætus
 Præmia summa viris.
 Iura tenenda senatus eis tribuit dominatus
 Omnibus in spoliis.
 Id sibi dum laudat sententia publica mandat,
 Ut piè suscipiant,
 Qui contra responsa dederunt religiosa
 Digna probis ducibus:
 Non terrenarum propter lucra diuitiarum,
 Sed neq; pro spoliis.
 Sponte domos liquisse suas peregrina perisse:
 Res hominesq; suos
 Non dubie voluisse via faciliè tribuisse
 Deciduas ob opes;

HENRICI
 S. J. J.
 tom. 9. m.
 S. 14
 24

Cum patria tellure per amplo prædia ruræ
 Plurima possideant.
 Sed quibus esset honos sibi perquisisse patronos,
 Quos & adhuc cupiant.
 Heredesq; suarum poscant diuitiarum
 Perpetuò fieri.
 Præsul ut hæc audit promissis promptior addit
 Munus honorificum.
 Libera tumbarum datur optio grata sacrarum
 Præter Apostolicas.
 Tandem secreto Præsul iubet ore faceto,
 Quem cupiant referant.
 Hi super insigni passim virtute QVIRINI
 Sæpius audierant.
 Gravior hic turba quia nec celebratior vrbe
 Romulea fuerit,
 Nec sanandorum maior medicus miserorum
 Mira frequens ageret,
 Iudicibus sæcli qui sunt duo lumina cali
 Contiguus merito,
 Et præstans maiore potentatu vel honore
 Martyribus reliquis,
 In releuandorum virtute pia miserorum
 Fortis vtraq; manu.
 Sive piis dexter, seu duris corde sinister
 Debuert fieri.
 Ergo sacrum petière quid, & notum tenuere
 Corpus herile viri.
 Cæperat Antistes vultus demittere tristes
 Obstupuitq; nimis,
 Dum calis dignum pauida sapit aure QVIRINVM,
 Verba modesta dedit.

Non

Non potuisse pati ciues tam tristia tanti
 Damna patrocini.
 Illi perstabant eadem simul ingeminabant,
 Assiduis precibus.
 Praesul ait rursus, Nobis sit inutile prorsus
 Si dabo qua petitis.
 Ciuibus inuitis qua non impune feretis
 In patriam reduces,
 Consilijs parere meis si vultis in hac re
 Quod petitis faciam.
 Quae liceat nobis ad praesens tradere vobis
 Plurima suscipite
 Pignora sanctorum quos continet vrbs aliorum;
 Sicq; redite domum.
 Et mihi legatos huc inde remittite cautos
 Qui sacra donaferant.
 Interea conabor & hoc solers operabor
 Vnde satisfaciam.
 Tunc vestris precibus per pignoramartyris huius
 Si DEVS annuerit.
 Parent primates dictis, consulta probantes,
 Accelerant reditum.
 Munere sanctarum felices diuitiarum
 Pro quibus exierant.
 Nam margaritas deportauere petitas
 Egregias pretio
 Quae loca fundorum post institueresuorum,
 In sacra iura DEI.
 Norica fert horum prouincia trina locorum
 Qua prius ediderat
 Nomine primorum procerum sub Apostolicorum
 Laude QVIRINE tuae.

Et facium cleri ihermis statuere foueri,
 Peruigili studio.
 Hippolytumq; choris illustrare canoris
 Quos modo clerus agit;
 Non ita fundatos, sed in hoc quondam renouatos,
 Ut veteres memorant.
 Hulsia virginea me fugerat aula choreæ,
 Rhenicis propior,
 Qua bibitur scypho viuis signis anaglypho,
 Vnde medela patet;
 Rebus ibi noto pro plumigenis data voto
 Sospes ut abstineat
 In laudem Domini surgens virtute QVIRINI
 Cuius erat patera.
 Argento commissa fides ut fert ibi prisca
 Indigenaq; loci.
 Verum nobiliore nitens Burgundia flore,
 Eximijsq; locis,
 Et prius hos experta duces fert carmina certa
 Principibus propriis.
 Qui semet feliciter & sua cuncta potenter
 Attribuere DEO
 Cumq; parant sanctis habitacula terrea gratis
 Præbitione pia,
 Sede poli gaudere per hos ipsi meruerunt
 Lumine perpetuo.

Hulsia,

De reditu Procerum in patriam ab vrbe Roma, & eue-
 ctione B. QVIRINI per maritima. Et de his qui si-
 gillum Apostolici temerantes corpus martyris inspi-
 cere voluerunt, diuino igne peremptis.

L

ODE

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRUM

Iambicum. Primo versu trimetrum per duplices. Senarium per
simplices; Secundo versu Dimetrum vel
Tetrametrum.

E Vnt ab vrbe principes pij domum,
Sacrata dona deferunt.
Salute patrias perenniter beant
Sacris dicatas ofibus.
Parant, relicta Roma gemma nobilis
Et alteris micantior
Vt afferatur ocys fideliter:
Quod hoc modo peregerant.
Erat sibi Clero nitens sororius
Vocatus * Cudon, hunc cident
Et ad sacerdotem citato dirigunt.
Celer nihil moratur us,
Mandata principum precesq; Prasuli
Refert Petri vicario.
Memor sit ille sponsionis ardue
Viris potentibus data,
Parauerat ferenda membra vase iam,
Quod arte textili fuit
Vbiq; palmeis connexum spatulis
Sagaci diligentia;
Subinde cautus aduocatis nuntius
Viris honestioribus
Prasentat imminente canticinio
In veste palmea latens
Corpus sacrum suo super signaculo
Præmunicus sarcophagum.

* Vdo.

HENRICAN
SJJ
COM. Jm
SIV
24

300

211

Per alteram viam redire nuntios
 Iubet pater pijsimus.
 Timens ab insequentibus ne ciuibus
 Votiva dona perderent;
 Monetq; ne qua curiositas eis,
 Sigilla laedat indita.
 Vale pium Praesul refert euntibus:
 Illi sibi grates agunt.
 Onus sacrum leuant ab vrbe, promouens
 Iter petendo tutius.
 Viareflecta eis marina deligunt
 Vbi pateret exitus
 In equor exules fuga procul vehens,
 Neceffe si foret tamen.
 Sed hac graues beatiore sarcina
 Nihil morando transeunt.
 Vt alpium superna transmeauerant,
 Quiete se remisierant,
 Timoris immunes ab amulis suis,
 Quos ante formidauerant.
 Ibi patere ceperat potentius
 Honos vigorq; martyrís.
 Sodalium pars vna peruiacior,
 Baccho soluta liberè,
 Audet ioco demens furente dicere,
 Sic sciscitans ab inuicem:
 Putasne Pontifex sigilla cur dedit
 Nec amouenda iusserit?
 Vt inscij quid afferamus abditi,
 Romulidís lufui erimus:
 Nam grauem nobis domi fecerimus,
 Vbi nihil producimur.

*Hæc loquendo martyr is impotens simul:
 Vt ora sic manus agunt,
 Sigilla furia rotante quasitans
 Velum prius sarcophagi
 Leuare dum nituntur improba manu,
 Potente sat miraculo
 Reuerberantur illicò diuinitus
 Cadunt ab igne vindici.
 Ex..... area sacra qui fulminans
 Eos repente perculit;
 Neci iacent omnes miserrime dati
 Quos hæc rapit malignitas;
 Eo stupore nempe qui remanserant,
 Castris ruere præpetes.
 Ad huius euentum grauem miraculi
 Vident reos fusos solo.
 Sigilla salua peruident Antistitis:
 Cucurrit omne vulgus huc.
 Vbiq; villulis ab adiacentibus
 Auet videre martyrem.
 Tumba sua velut throno potentia
 Procacibus pœnas dare,
 Timore baiuli sacrati corporis,
 Via moras breues agunt.
 DEI domo recondidère martyrem,
 Fida satis custodia:
 Gesta rei misère nuntios heris,
 Qui cuncta panderent eis.*

De aduentu B. QVIRINI in Noricum, & de fonte salu-
 bri, qui sub vehiculo emanauit. De ædificatione tem-
 pli, & dedicatione. De particula à Scapulis martyris
 elapsa.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. PRI-

mus versus vt supra Iambicus senarius. Alter secunda
parte Elegiaci, & Dimet, con-
stat Iambico.

L Ecti student pro rebus internuncij
Accelerare vias, amore patrie ruunt,
Et ceteris primoribus causas ferunt,
Martyris eximij quibus vigor refulserit.
Mirantur hi, virosq; mittunt inclitos
Egregios meritis vt alma dona deferant.
Illi petunt sacra locum custodie,
Obsequij studio digno leuant onus pium:
Ad Noricas citant iter prouincias,
Hic aduendo sacro dicata corpori loca.
Nocture miserant solo sarcophagum
Tegrineiq; lacus ripa quietem ceperant,
Vbi salubris vena fontis exiit,
Sub loculo scatebris clare fluens perennibus,
Egris salua fit ista lympha crebrius,
Quos etiam tumulo redisse contigit graues.
Fons hic petentibus diatim martyrem
Conditur; adicula leuamen est festis via
Corpus beatum destinato iam loco
Ecclesia statuunt IESV dicata qua manet.
In hac enim stetit patronus inclitus,
Dum sibi construitur domus decore debito.
Eam subinde principes vt explicant,
Innumerus populus fidelium concurrerat.
Prouinciales tres Episcopos eo
Magnifico Proceres honore conuocauerant.

Ab his prius sacratur aula nobilis
 Principibus geminis Apostolorum maximis,
 Quorum beata gratijs sic praeiuret,
 Credere si liceat nec inuidendam sit sacris,
 Vt praeter urbem verius nusquam loci
 Inueniantur, vbi promiserint se tantidem.
 Peracta dedicatio resulserat
 Letitia celebri per plurima cum gloria,
 Cruces dehinc vexilla subleuauerant,
 Thure vapor redolet; nitent lucerna clarius;
 Solemniter corpus tulere praesules,
 Ecclesia modica signis procul sonantibus,
 Triumphus altius leuatur martyrjs,
 Plebisonis moduljs sequente pompa principum,
 Parata nempè tumba de petra fuit,
 Corporis ad requiem muro coacta firmiter;
 Quae dum reponi debuit Martyr sacer,
 Palmicia tunica totum leuant sarcophago.
 Pedum leui de sine fert Episcopus,
 Presbyter à scapulis & parte ponderis sequens,
 Intra manus gemmam tulere pendulam,
 Depositjs pedibus tumbam super Praesul stetit.
 Adhuc tamen pectus tenebat Presbyter,
 Cui cadit in manibus pars vna corporis sacri,
 Per palmeae sportae foramen exiens,
 Sanguine sic roseo recente purpurantior,
 Velut die peremptus hac ipsa foret,
 Cantica clara sonant stupore plena gaudij,
 Grates aguntur omnium patri DEO,
 Quod dedit hos hilares sui redire muneris.
 Dotale pignus hinc fit Illimensibus,
 Id tamen hoc merito quod Cudon* his pater foret,

*Vdo.

Cuius

Cuius labore flos adeptus hic erat,
 Et locus ipse suis auunculis subiectior
 Chirographis sacra tumba cohaerit
 Martyris eximij, Ducis sub usq; tempora.
 Qui detrahens caenobij fundos suos,
 Funeris manibus dedit necem ducatu.

De tumba Martyris & Crypta sub ea, & de possessionibus
 collatis loco à fundatoribus. Et de Duce Arnaldo, qui
 Ecclesias spoliauit, ac de fine eius.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM

primo versu Heroicum: altero reciprocum, prioris Odae secun-
 di versus metrum habens, ex Dimetro Iambico, &
 vltima Penthemimere Elegiaca.

Martyr sanctorum medius circumpositorum,
 Conclusus est in saxeo deniq; mausoleo,
 Margaritarum quasi centrum bis geminarum
 Adens tenet Carbunculus quintus in arce micans,
 Ambitur sacris in gyrum quattuor arcibus,
 Quicquid reconditum gerant, qui sciat ipse canat.
 Hoc tamen hac de re vetus audeat rumor habere,
 Primarijs viris, locus quos colit iste patres,
 Dum Romanorum praedas retulere sacrorum
 Et optio dabatur his sumere quae cuperent,
 Non sine maiorum preciosa parte sacrorum,
 Victoria seu gloria praemia digna data.
 Nec tanti minimum spolij rulerant sibi primum:
 Duius est enim sibi promptior ipse leo.
 Crypta sub his tumbis sacra continet abdita, tur bis
 Riuu fluunt hinc gratia, Martyre propitio.

Et

Et.....deducta tyrannis ultio iusta,
 Vibrat diu plagam minans, sine ferit grauius.
 Perfert iure pari plerumq; suos tribulari,
 Quorum preces audit tamen, mox releuans humiles.
 At consummat is tumbis & consolidatis,
 Ouant ibi per ampla plebs ac procerum numerus.
 Tunc fundatores scriptas tribuere loco res,
 Centum minus que tunc erant & quater vndecimo
 Infra milenos mansus serie duodenos.
 Nihil sui reliquerant Baiarica patria
 Quod non diuino testi tribuere QVIRINO
 Determinatum finibus indubis penitus,
 Centenos præter mansus quibus & reuerenter
 Altensum nouo loco subsidium dederant.
 Sic gladios ara fratris simul imposuere
 Gemitibus nimis suis seq; DEO tribuunt.
 Hinc trabeas chlamydemq; libens deponit vterq;
 Et ad DEI laudem capite monachicos habitus,
 Quinquagenorum trina vice grex monachorum
 Manebat institutus hoc cœnobio subeis:
 Qui præscriptorum nihil amiserunt bonorum,
 Sed plurimis annis prius deriuere diu,
 Ultra centenos ac septena vice denos,
 Nec senserant iniuriam iura priora loci.
 Cum tandem magnus spoliauit templa tyrannus,
 Regni Monarchiam volens præripuisse sibi,
 Prædia cunctorum tunc Norica cœnobiorum
 Decreuerat primatibus tradere raptæ locis,
 Quo sibi fauissent quacunq; geri placuisse
 Aduersus aula Principes, Ecclesiasq; DEI:
 Huius ab hoc dimota loci possessio tota
 Dicit per omne Noricum progeniem procerum,

HENRICH
 SJJ
 tom 3
 SLV
 24

Per que fundatus locus omnibus esse spoliatus,
 Nihil remansit de eis, conditus in quibus esse
 Bani septeni mansus deciesq; deceni:
 Honore continet tamen se nihil imminuens,
 Dumtaxat floris diuina laude prioris,
 Parendo regibus, dabit sumptibus obsequium.
 Procinctum de iure negat raptis sibi rurē,
 Regalibus stipendiis quod prius obtinuit.
 Fontes salinarum loca viginti parinarum,
 Duobus additis, simul sustulit ille furor.
 Conuentum fratrum post hanc pradam reparatum,
 Fidelium sequentium dona patenter alunt.
 Dux tamen Arnaldus sine laude diu memorandus,
 Sensit cito plagam DEI, morte cadens clerici.
 Dum Ratispona curiam parat ex regione
 Primoribus lectis, ut hæc, que studuit peragat:
 Nuntius hunc Christi terrens affamine tristi,
 Vtrius Antistes necem præcinit indubiam,
 Ne reparet gratis spoliata sacraria sanctis,
 Et altera die refert nil dubitans obitum.
 Commemorans itidem super hoc sibi cognita pridem
 In visione quæ duos prodiderat gladios,
 Vnus ubi capulatus et alter non capulatus,
 Ducis tyrannidem feram denotat acephalam.
 Princeps despexit monitus, nec cepta reflexit,
 Sed vrbe cum primatibus consilium tenuit.
 Curia perstabat, proceres iam mensa vocabat.
 Sedes petunt satellites quisq; suo domino,
 Oppositum Dux ipse sibi fertur posuisse
 Episcopum, prendensq; iam ferula mittit ei.
 Ne conuiuarum primo summoq; suorum,
 Et curialitate se viuere mandat adhuc.

M

Cui

Cui Præsul reddit, noctem quod aduſq̄ dies ſit,
 Refert vt iſta nuntius, verba dolor ſequitur:
 Dux improviſi ſinis ſubita paralyſi
 Correptus effertur domum; nec mora vita fugit.
 Mortuus occultatur vt alodium capiatur,
 Quod ſingulis promiſerat principibus tribui
 Exſpoliatarum de fundis Eccleſiarum:
 Erectus in ſponda tamen ponitur exanimis.
 Palmas frigentes ſibi compoſuere clientes,
 A mortua mortem manu ſuſcipiunt proceres.
 Crimen viuentis libant tactu morientis,
 Quod cuiq̄ complacet rapit de manibus rigidis.
 Fert Emmerammi domus ipſius oſſa tyranni
 Arcu notat pictum ſuper diſtichon eximium.

VIVVS POLLEBAM FACIENS QVÆCVQVE VO-

LEBAM.

INNIHILO R SVB HVMO, SIC ERIT OMNIS
 HOMO.

Epilogus. De geſtis B. Martyris iam deſcriptis, & de
 miraculis eius adhuc deſcribendis.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. PRL-
 or verſus Heroicus, alter Iambicus
 Dimeter.

I Am mibi ſignorum via lata, QVIRINE, tuorum
 Patet tuis in laudibus,

* Al. Vaſti.

Per tua geſta vehor, * vaſtum quaſi mergor in equor,
 Multis vbi natatibus

Diſunctas terras & celsas tranſeo petras,
 Per ſumma nunc per ima nunc,

Cut clarus pergo vel ruruſus in abdita mergo,
 Sententia me atibus;

ind

16

Scilicet

HENCCAN
 SJJ
 tom 2
 SIV
 24

Scilicet adnitens dignos deducere testes
 Authenticis scriptoribus,
 In commendandis causis per nos memorandis,
 Ne fluctuans opus ruat,
 Ex veterum multis extraxi carmina scriptis
 Incognitis & cognitis;
 Huic sero flores quæsiui nobiliores
 Per prata siue per nemus.
 Et nunc complanata datur mihi regia strata,
 Præsentem carminis via,
 Quam nisi vel scriptum, vel teste super stare dictum,
 Versu nihil reponitur.

De cæco nato ad eius tumbam sacram illuminato.

METRUM QVOD SVPRÆ

V Rbs præclara patet, quam digne Iulius optee
 Cesar, iuuamen vt foret,
 Cui obex omni rebus dubiis regioni,
 Cui nomen est Luuauium: *
 Huic olim digno voluit clarescere signo
 QVIRINVS in DEO potens:
 Hinc delegatum tradit sine lumine natum
 Ad Martyris domum pij,
 Illæ, ieiunus lucis perquirere munus
 Fideliter deuouerat.
 Iam ripas ENI fluij transgressus amœni
 Ibat vias per inuias,
 Nunc calos scandens, nunc vallibus infera tangens,
 Deserta permeauerat.
 Duxtor maturam monet hunc vt prandeat hora:
 Voti memor se continet.

* Id est, Salieburgum,



Post modicum rursus, non se procedere prorsus,
 Ait Comes, ni prandeat.
 Perstitit immoti fortis custodia voti,
 Nec audit improbum ducem:
 Ille relinquebat miserum villamq; petebat,
 E sum sibi quærens ibi.
 At desolatus miseros leuat iste precatus,
 DEI rogans clementiam,
 Quò testis digni merito mediante QVIRINI,
 Ei daret solatium,
 Vt bona quæ sperat, directo tramite quærat,
 Postquam fide perorat hæc,
 Propitium numen dat eum sentiscere lumen,
 Nec dum tamen plenariè.
 Sed peragendarum noscendo calle viarum,
 Ducis vicem præbens sibi,
 Cum peruenisset supplex & procubisset,
 Fundens preces ad Martyrem,
 Clarius agnouit lumen tenebrasq; remouit,
 Ouans reuertitur domum,
 Enarrans cunctis præconia digna salutis,
 Sibi datæ per Martyrem.

De contracta directâ.

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

Metrum primo versu Heroicum, altero
 Iambicum senarium.

Quædam contractis ad nates clinica plantis,
 Prima die Nouembri à parentibus
 Ad tumbam delata ruit supplex, ita nata,
 Vt se suis nusquam referret gressibus.

Hac post Missarum munus solemne sacrarum,
 Remota plebs ubi locum dedit sibi,
 Dum repens orat, gressus dispendia plorat,
 Propinquior sacro iacet sarcophago.
 Qua satis intentè sua vota DEO tribuente,
 Fulas ab intimis preces praeor dijs,
 Complect venarum resolutio mira suarum,
 Sensimq; dirigi videt nervos sibi:
 Gressus discebat, quos non à matre sciebat.
 Reversa plebs grates refert DEO canens,
 Et gausorum cecinere chori monachorum,
 Mouendo signa quæ dedit Campania.

De miraculo circa Aran Episcopum, qui cum Abbate
 Megilone, reliquias B. QVI RINI apud Ilminam tol-
 lere nitens, sensum visumq; perdidit:

ODE MONOCOLOS, METRVM IAM-
 bicum, scenarium continuum.

L Atè frequens fama Martyris
 E Francia terris trahobat exteris
 Aran Episcopum, videret ut locum.
 Abbas habebat cognitum prius virum,
 Ob hoc eum reuiserat libentius,
 Amicus alter alterum sciens ouat.
 Antistes ossa Martyris dari rogat:
 Abbas ait, Mausoleo reclusa sunt,
 Nec desoris quicquam remansit spem:
 Si partiendum quippiam resederit,
 In Ilmina Cœnobio vidobimus,
 Vbi tenetur portio recondita,

Ex Martyris delapsa sola corpore,
 Ne desoret pignus suis fidehibus.
 Hac dixerant vterq; nec moras agunt,
 Ad illum locum cui se transferunt:
 Euo graues requisere clericos,
 Vbi foret pignus sacrum reconditum,
 Quod vnicum Martyr reliquit integer,
 Illi sibi sacram dedere capsulam,
 Cum qua secus tumbam sedent Cæsacij,
 Qui praeeminet patronus ipsius loci.
 Dum pandere capsam, breuemq; tollerent
 Ibi recondita salutis indicem,
 Vix nomen illic Martyris relexerant,
 Et mens eos, lumenq; visuum fugit:
 Tantum remansit virium sibi vel sensuum,
 Ut obditam capsam cito reponerent:
 Solo ruunt iacentq; supplices diu,
 Fletu petendo gratiam reatibus,
 Placant DEVM diutinis precatibus.
 Tandem prior redit vigor cum visibus.
 Auferre venerant loco sacro decus,
 Gratum tenent, quod non sibi perit salus.
 Vbiq; Martyrem regressi praedicant,
 Potentia qui praeeminens & gratia
 Audaciam premit leuatq; supplices.

De muliere, quæ brachio debili, panem sanguiscentem
detulit, & sanata est.

ODE MONOCOLOS. METRUM SA-
phicum continuum,

B Rachio languens mulier fidelis,
A sua postulat domina licere.

Vi comes vadat populo meanti
 Ad sepulchrum Martyris ob medelam:
 Denegabatur sibi quod petebat,
 Et minus compellitur ad laborem;
 Quæra que luce rogando perstat,
 Impeditam seseferens dolore
 Brachij, nil posse laboris vsu;
 Idq; persuasum sibi spe medele,
 Quod DEI Martyr det opem precanti:
 Circulum de pane creauerat tum,
 Quem volebat, scilicet offerendum,
 Debili circumdare brachio posse;
 Hunc manu gestans dominam rogabat,
 Gratie ne claudat iter petende:
 Ira demum maior heram subibat,
 Ac iubet discedere seua vernam,
 Desidem culpans operis remissi.
 Circulum voti rapit efferata,
 Quem videt frangens madidum cruore,
 Et stupens cedit precibus petentis.
 Vota portat femina iam cruenta,
 Fama velox mira vehit peracta;
 Turba pagis proruit ex propinquis,
 Que viam præter numerum frequentans,
 Ducit agram præuia vel secuta.
 Ad sacram tumbam volat ante rumor,
 Inde rumoris venit ipsa causa,
 Intrat eadem femina gratiosam,
 Vota contestata DEO volente
 Ponit aræ sanguinolenta dona.
 Brachium cui debile conualescit.
 Hinc DEO laudes resonant cateruæ,

Gaudio

Gaudio dulci lachrymando passim,
 Panis Aetenses retulere fragmen
 Hospites pro testo domum regressi,
 Gratiae quo dona probare possent,
 Seculi laudanda per omne tempus.

• De foemina, cui lapis in lingua excreuerat.

ODE MONOCOLOS TETRASTROPHOS.

Metrum Anacreontium Hypercatalecticum; Constans
 Anapasto, duobus Iambis & semipede.

Mulier ferebat ore
 Lapidem tenente lingua,
 Fluidis humoribus qui
 Fuit ortus indecenter.
 Ea venit ad sepulchrum,
 Sua vota martyri dans;
 Sed ut osculatur aram,
 Cadit ore lapsa petra.
 Remeabat inde lata,
 Memorando ritè laudes
 Sibi praestita salutis.
 Populus stupet fidelis,
 Celebratur hic QVIRINVS,
 Sua tumba pradicatur
 Medicina singularis,
 Bona spes necessitatum.

De Energumena liberata.

ODE MONOCOLOS. METRYM ADO-
nium constans clausula Heroici.

Dæmonis atri
 Fraudibus olim
 Famina capta
 Venit ad aram
 Martyris almi,
 Atq; repente
 Pressa sopore
 Vocibus altis
 Terruit omnes.
 Nec mora sana
 Euigilavit:
 Et referbat
 Hac sibi visa;
 Flore gemellos
 In iuuenti,
 Parte sepulchri
 Interior
 Progredientes,
 Eius ab ore
 Forcipe bina
 Ethiopem tunc
 Elicuisse.
 Dum stupuerunt
 Aspicientes
 Acris illam
 Vociferatam.
 Nobile signum,

Concelebratum
 Laude frequenti,
 Comperit aula
 Tunc ducis, & mox
 Cesaris almi,
 Qui sacra condens
 Munia sedis
 Pontificalis
 Monte, Babe cui
 Nomen adhaesit,
 In Novichinga
 Vbere villa,
 Principe cætu,
 Auspice cura,
 Publica iura
 Pacis habenda
 Prospiciebat.
 Curia tota
 Perpete dignum
 Laude QVIRINVM
 Magnificabat.
 Inclitus isdem
 Deniq; Princeps,
 Qui diadema
 Ordine regum
 Teutonicorum,
 Floruit, atq;

N

Glo-

<i>Gloria summa</i>	<i>Quo pius hic Rex</i>
<i>Catholicorum,</i>	<i>Crebrius orans,</i>
<i>Martyris adem</i>	<i>Mira refertur</i>
<i>Est veneratus</i>	<i>Lumine mentis</i>
<i>Supplice voto;</i>	<i>Spiritali</i>
<i>Id studiosa</i>	<i>Addidicisse:</i>
<i>Dum prece soluens,</i>	<i>Sapius vnde</i>
<i>Vndiq; sacras</i>	<i>Commemorabat,</i>
<i>Circuit aras,</i>	<i>Quam graue pondus</i>
<i>Scandere ipsa</i>	<i>Criminis illi</i>
<i>Ardua templi</i>	<i>Incubisset,</i>
<i>Concamerata,</i>	<i>Qui loca clara</i>
<i>Quæ Michaëli</i>	<i>Martyris huius</i>
<i>Ante dicata</i>	<i>Rebus honoris</i>
<i>Iam tenuisti</i>	<i>Iuris auiti</i>
<i>Virgo Ioannes;</i>	<i>Destitisset.</i>

De Matriona, quæ Ecclesiam B. QVIRINI intrare
non potuit

ODE MONOCOLOS TETRACSTROPHOS.

Compta magnificentius,
Septa militibus suis,
Optima facie quoq;
Præminens hera venerat.
Martyris celebri die
Ingredi cupiens sacras
Illa cum populo fores,
Impedita repellitur.
Vis superna tenens eam
Introire vetat ream,

HENRICUS
SJJ
to in, m
SIV
24

Qua putans quod in hoc sibi
 Præter obuia crimina
 Sexus obfuerit minor,
 Inter agmina plebium
 Fortius reprimentiur
 Se gerens sine viribus.
 Timent addita pluribus,
 Iannas patulas adit:
 Obstat alma potentia,
 Denegans aditum sibi.
 Quam leuant humeris viri,
 Ac ferunt aditum propè,
 Nec valent sub eo leui
 Fasce limina transgredi.
 Clara lumina cerei
 In manu capit utraq;
 Sed nec his meruit tamen
 Compos esse sacri loci.
 Que pudore magis dolens,
 Optat hospitio foras
 Anxiata recedere;
 Fixa perstitit ut petra,
 Nec mouere valens gradum
 Ante sine retro suam,
 Mæsta Presbyterum vocat.
 Confitens sua crimina.
 Rursus appetit ingredi
 Lumen in manibus ferens.
 Nec finit Deitas eam
 Sacra limina transgredi.
 Confitens iterum probat
 Carceos pariter gerens.

*En sibi pateant fores,
 Erget hanc aditus patens.*

Tertio studiosius

*Conficitur, & accipit
 Per flagella salubria
 Pœnitens humilem modum.*

Vouit omnia deniq̄,

*Spontè crimina tergerè:
 Vix abhinc meruit sacri
 Particeps fieri loci.*

Inde gloria Martyri

*Singularis & ardua,
 Et sacro timor in loco
 Creuit & reuerentia.*

Disciplina potentior

*Nobili data fœmine,
 Clara forma modestæ
 Fit scienda fidelibus.*

*De nouem Energumenis, cæco, contractoque sanatis
 Et de fœmina cui chirotheca manu rigente detra-
 cta est.*

ODE MONOCOLOS TETRASTROPHOS.

E *Vestri Latio festa QVIRINI
 Plaudens concelebrat Norica dum gens,
 Ter terni laqueo demonis acti,
 Attracti fuerant spe medicina,
 Qui cuncti pariter, munere grato,
 Diris hospitibus sunt vacuati,
 Elatis crucibus, laude sonante,
 Latè Ecclesiam plebibus intrant,
 Cæcus præterea lumine gaudet.*

Contractus miseros corrigit artus,
 Inferrata diu soluitur vlna
 Altari stolidæ. Tunc quoq; sacro
 Votum fœmina fert in chirothecis;
 Illi continuo palma rigescit,
 Ne prorsus retrahi posset ab ara;
 Cum non visa rapit vis chirothecam
 Ac suspendit eam desuper aram,
 Præsentes ve eam cernere possent;
 Postremo residem suscipit Altar.
 Cum palma rigida fœmina perstat,
 Votorum studio nisa resolui.
 Spondet perpetuò concelebrare
 Festum ritè diem Martyris huius,
 Ut ieiuna prius luce sequent
 Eius honore vacet nil operando.
 Votis explicitis palma reducta
 Flexu se plicuit sana prior
 Congaudens populus mira resultat
 Quæ pro teste suo Christus adimplet.
 Clarus Regis honos, militis est laus.

De ea quæ vespere sabbathi balneum parare nisa, diuino igne cremabatur:

ODE MONOCOLOS. METRUM ANAPÆ-
sticum Catalecticum. Ex tribus Anapestis
& syllaba.

Mulier lauacrum cupiebat
 Sibi vespere Sabbathæ quod dant,
 Lapidum celerare calore.

N 3

Sili-

*Silices manibus capiebat,
 Postura foco cumulato;
 DEVS omnipotens ferit illam
 Sua iura nimis temerantem:
 Silices digitis coalescunt,
 Sed & irresolubiter sunt.
 Misera manibus sociati,
 Cruciantq̄ cremando tenentem.
 Sua vestis ei fuit ignis,
 Et ea spoliata sub inde,
 Alijs cooperta minus nil,
 Vel ab his doluisset adusta.
 In eo cruciamine longo
 Petijt veneranda QVIRINI
 Pie limina quæstus laborem,
 Ibi sensit opem pietatis,
 Et atrox sua pœna soluta
 Perijt, Domino tribuente.*

De milite Captiuo per merita Martyris erepto.

ODE MONOCOLOS TETRÆSTROPHOS.

*Metrum Iambicum Dimetrum, Catalecticum
 quod & Anacreontium.*

I Accbat vrbe captus
 Miles grauis cathenis:
 In carcerem retrusus
 Bogisq̄, strictus arctis.
 Erat triumphalis nox,
 Qua Martyrem peregit

Celo beans QVIRINVM;
 Captiuus hoc sciebat,
 Et anxius petebat
 Dari sibi leuamen.
 Obdormit inde tractans
 Videt virum decorum,
 Qui taliter compellat:
 Si deferes catenas
 Iffas meo sepulchro,
 Te vinculis resoluam.
 Votum libens agebat
 Adhuc sopore pressus,
 Et mox pedisoluta
 Cathena pendet vno.
 Quies remota cessit,
 Timorq; cogitantem
 Subit, foris custodies
 Qua permearet arce.
 Victus sopore rursus
 Videt virum priorem,
 Qui precipit fidendum,
 In ante perge * condonens
 Mollis quies abibat,
 Surgens manu bogam fert,
 Qua pes tenetur vnus;
 Fores adit patentes:
 * Stans in his videbat
 Per plurimos custodes
 In arma praparatos,
 Nec audet egredi iam,
 Vbimorans, videt se
 Repente trans custodes

Situr

Situm, DEO iuuante,
 Mariq; transferente,
 Portas petebat vrbis;
 Illa licet serata
 Receperant fugacem:
 Ad vsq; fossas ibat,
 Qua muniere castrum;
 Vbi morantur illum
 Ablata ligna pontis,
 Properat fugam vetandam
 Per arbores traiectas,
 Transit tamen fossata;
 Cui primitus catenis,
 Pes alter est solutus.
 Liber ferenda dorso
 Reiecit ille vincla,
 Currens gradu citato,
 Vt damna rete vitans.
 Custodibus soporem
 Vincentibus, reprehensus
 Abisse, querebatur,
 Canum fugax odore.
 Videbat insequentes
 Inuisus illis ipse;
 Canes ei propinqui
 Refugerant tenendum.
 Ad flumen hac sequela
 Peruenit amputanda;
 Sequens enim decursum
 Fraudat canes odore.
 Sic odientibus se
 Ereptus expetebas

Sedem piam QVIRINI,
Graues gerens catenas.

In se peracta narrat

Diuina dona mira,
Laudemq; Martyri dans,
Bogas refert ad aram.

De eo qui terminos possessionis inuaserat.

ODE MONOCOLOS PENTASTROPHOS.

Metrum Dactylicum, Trimeterum Catalecticum &
tribus Dactylis & syllaba.

M lles auarior absq; modo
Proxima rura sibi solitus
Subdere quæq; potente manu,
Seuus agros violenter agens,
Alme QVIRINE, tuos rapuit,
Quos Orientis habet regio,
Flumine nobilis Erlasia
Carmine Teutonibus celebri,
Inclita * Rogerij Comitum
Robore, seu tetrici veteris.
Cenobij tamen Oeconomi,
Propitiis vbi iudicibus,
Iura loco petiere suo,
Pandere prædo coactus erat
Vel sua rura vel Ecclesie.
Limitis vt daret indicium,
Certius vtraq; qui dirimat,
Quone loco sua desinerent.

* Rogerij Mar-
chio Austria,
Hungarorū ir-
ruptionibus op-
positus à Con-
rado Imperato-
re, Anno 913.

O

Eccle-

Fort, Aliena.

*Ecclesiastica, ius caperens
 Indubitabile perpetuò,
 Vetus equo celeri properat,
 Raptor agros penetrans avidè,
 Et socians Saliena sibi,
 Limitis arua sui nimium
 Tendit in atiguas segetes.
 Dehinc hunc proprius sompes
 Incolerabiliterq; terit,
 Vix sibi vita fuga fuerat,
 Vix sine debilitate domum
 Verberibus domitus redijt.
 Cæperat hinc respiscere iam,
 Ecclesiæq; remisit agros,
 Quos tulerat dominante manu.
 Gloria Martyris aucta viget,
 Laus & in hoc sibi digna datur.*

De quodam Præfecto Ratisponēsi, qui Decimas S. QVIRINALI tulerat.

ODE MONOCOLOS. METRVM GLYCONI
um, constans Spondeo, Choriambo, Pyrrichio.

S Anforum loca visitans
 Dum princeps Hyatopolis
 Urbanus Comes exijt,
 Tolli pabula iusserat
 Ex quadam decimaria
 Curti Martyris incliti;
 Illinc cuncta necem simul
 Pauerunt animalia.

Innocturna quies abit,
 Lux pandebat heris viam,
 Stratores ut equos parent
 Pastos è stabulis eos;
 Sed traxere cadauera
 Admiranda. timent DEVM,
 Experti venerabilis
 Mirabilia Martyris.

De quo ad murum Ecclesiæ religato in rabiem verso.

ODE MONOCOLOS EX DACTYLO ET
 duobus Trocheis.

<p> A Nnuadum coluntur, Festa pij patroni, Elatio paterno Baiariam petentis, Ad Boreale muri Quod latus in forum fert, Ecclesiæ QVIRINI Exterius cymitron Miles equum ligarat Tyro, volens eadem Crima die subire, Huic sonipes furebat </p>	<p> Frena ferox reuulsi, Indomitosq; passim Asper agit rotatus, Nec requieuit ante Quam sibi vita morte Perdita cum furore Sacra timenda suasit, Et reuerenda tanti Martyris esse templa. Immaculata sedes Sacra decent per anum. </p>
--	--

De illo qui Dominica die sepem reficiens paralyticus
solutus est.

ODE DICOLOS HEPTASTROPHOS. ME-
trum Trochaicum Archilochium. Vno versu
Catalectico, altero Catalectico.

R *Vsticus dirupta sepi*
Conresarciens die
Qua DEV S mortem triumphans
E sepulchro prodijt,
Vindicem plagam ferebat;
Corpus omne decedit;
Se trahit solo miser.

Lineas cruore duxit
Tota desuper cutis
Horrido nitens colore.
Martyris petit tumbam
Languidus, dolentibusq;
Promouendo flexibus
Supplicauit intime,

Vt pius QVIRINVS illi
Obtineret à DEO
Criminis remissionem
Ac doloris exitum.
Plurimis dehinc diebus
Pœna perstitit rei,
Insolubilis diu.

Hoc per omne tempus autem
Sedulò petens opem,
Sede Martyris ab alma
Promeretur erigi,
Paululum leuans humose,
Pectus vt muro queat

HENRICI
SJJ
tome III
SIV
24

Applicare proximo.
 Diligenter inchoata
 Dona postulans DEI,
 Baculo regente cepit
 Ambulare debilis,
 Orat integram salutem
 Claudicans breui mora
 Sospes exiit gradu.
 Obsequens loco remansit.
 Postmodum vir hic diu
 Gratias agens fidei
 Seruitute Martyri:
 Ad sacrum dehinc sepulchrum
 Exulauerat DEI,
 Plurimos eò sequens.

De furibus marsupia defecantibus.

ODE MONOCOLOS TETRASTROPHOS.

Metrum Iambicum Dimetrum ex duobus Diambis.

De sacra qua Norico
 Se Martyr inclitus dedit,
 Frequens caterua plebium
 Templum suum repleuerat.
 Mixti duo fures ibi
 Fecere damna pluribus,
 Sectis rei marsupijs,
 Et sacra defraudauerant.
 Qui dum volunt recedere,
 Tenetur vnus exitu
 Patente, clausis artibus,

Nec egredi permittitur.
 Elapsus alter hæserat,
 Planaq; restitit via,
 Qua fons salubris exijt
 Sub Martyris sarcophago.
 Postremò cuncta proditi
 Vterq; rapta proferunt,
 Confusionis ebrij
 Rubore, dant pedes fuga.
 Qui venerant ditefcere
 Raptis, inanes exeunt.
 Laudatur hïc potentia
 Latè QVIRINVS emineus

De Matrôna, quæ vino de Ecclesia sublato, Damone
 correpta est.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM

uno versu Iambicum Anacreontium, altero
 Pherecratium.

Matrôna seua fratrum,
 Iussit tollere vinum,
 In monte Scroniensi.
 Hoc ex Ecclesia mox
 Cum tolleretur, illa
 Facta protinus amens
 Acris furore fertur,
 Crines dilacerabat,
 Toruum caput rotabat,
 Prauè lumina torquens,
 Sub qua feroce plaga,
 Sic percussa remansit,

Ve matre deferente,
 Templum Martyris intrans,
 Et commorans ibidem,
 Multo tempore nullam,
 Delectulo QVIRINI
 Persentire medelam
 Deuotione matris
 Commendata valeret.
 Vitam misella demum
 Sensus indiga clausit.
 Sexum, genus, laborem
 Quis commisereri
 Debet hic fidelis,
 Et plagam reuereri.
 Nam Germanus eius olim
 Sibodus Comes extat,
 Ac nobilem maritum
 Eoa regione
 Sortita praeinebat.
 Quam tunc, vindice dextra
 Tangens DEVS potentes,
 Hac cunctis metuenda
 Exempla ferre iussit,
 Plectendis violentis:
 Quo frater interim tunc
 Defensor Comes acer
 Sacri loci videret
 Iram quam meruisset,
 Et exitu sororis
 Tali communitus se
 Exinde leniorem
 Praberet populis &

Quan-

Quandoq; terminandis
Causis Ecclesiarum.

De Clerico qui locum sibi subijcere affectavit.

ODE MONOCOLOS TETRÆSTROPHOS.

Metrum Phaleucium Hendecasyllabum. Ex
Spondeo, Dactylo, tribus Trocheis.

Quidam clericus, altiore stirpe,
Regi proximus, atq; principali
Cula Cesarea loco positus,
Clarâ sede tua QVIRINE tumbæ
Oppressâ, sibi mancipare cepit
Res, & tollere quod libuisset omne:
Campanum quoq; vas tulit sonorum,
Daninga lare quod suo recondit,
Fratris id refer... eo remoto.
Ita exerit ille dum redisset,
Vas ipsum iubet ocys reduci,
Parebant homines sui iubenti.
Millenis propè passibus reuectum
Vas; portantibus imminabat ipse
Compulsor grauis & ferus coactor.
Missa subito furore mente,
Duro circuitu diu rotatur,
Vitam mors celer improbam recidit.
Qui gestere domus sacre rapinam
Nec procedere præualent in ante
Nec deponere vas, viae flecti:
Quò plus progrediendo niterentur,
Retorsum magis impotes feruntur,
Donec rapta loco sacro reportant.

Fort. Fratres id
referunt.

HENRICI
SJJ
tom. III
SIV
24

Laudem Martyris omnium canit vox,
 Qui sic propitius premit potentes,
 Obfistens violentia potenter.

De Nauigantibus in die S. QVIRINI à tempestate liberatis.

ODE MONOCOLOS TETRASTROPHOS;
 Exspondeo, Bacchio, Choriambo, Pyrrichio.

QVondam marinis obruta fluctibus,
 Querebat urbem glorificam Crucis
 Præclara gentis copia Norica,
 Deuotione longius exulans;
 Sanctum sepulchrum, quo iacuit DEVS,
 Mortem resurgens victor ubi fugat,
 Clarente Pascha tempore proximo,
 Voto salubri cernere destinans.

Hierosoly-
 mam,

Neptunus acris ferabie mouet,
 Quem Rex tumescens Æolus excitat;
 Horum * thecus dum prælia fugerat,
 Nunc alta cæli, nunc petit infera.

Cæli relapsa textit aquis ratem,
 Aut eleuando nubibus inditam
 Demisit infra regna Plutonia.
 Commissa ligno spes hominum tremis.

Instabat almi passio Martyris,
 Anni recurso festus erat dies,
 Cælo QVIRINVM clarior inferens,
 Quod nauigantum pars bona nouerat;
 Quorum sacerdos vnus amans DEVM
 Surrexit, atq; pluribus instruens

P

Ver-

Verbis salutis corda pauentia,
 Postremo dicta sic sua clauserat:
 Sciatis, inquit, esse diem Sacram
 Magni patroni Boiarici soli,
 Hunc inuocantes experiemini
 Praesente vobis propitium via.
 Nec dum loquenda presbyter edidit,
 Nomen QVIRINI plebs rapit anxia,
 Conclamat illum mox prece flebili,
 Solamen vt sic rebus in extimis.
 Non demorata saua maris lues
 Nomen refugit nobile Martyris;
 Optata seruit sponte serenitas,
 Blandis feruntur carba flatibus.
 Prouexit omne prosperitas iter,
 Tam permeantes quam reduces ouant,
 Condigna plaudit gloria Martyrem,
 Cuius reduxit gratia supplices.

De vidua paupercola, cuius domus per merita S. QVIRINI
 ab incendio seruata est, tota villam concremata.

ODE MONOCOLOS TETRASTROPHOS,
 Ex Trocheo siue Spondeo constans.

VILLÆ quaedam raptæ
 Flammis, est adusta;
 Nata pauper illic
 Clamat ad parentem:
 Mater inuoca nunc
 Martyrem QVIRINVM,
 Quem pium patronum
 Omnium sonat vox.

Ille de

Ille deprecatur:

*Sante nos QVIRINE,
Adiua misellas,
Ignibus repressis:*

Ecce non habemus

*Prorsus adiuuantem,
Tu misertus affar
Spem necessitati.*

Vix sonus precantis

*Imbuebat auras,
Ventus eleuatos
Fortis arcet ignes,*

Quos ab aede tollens

*Feminae fidelis,
In alteras domos
Fert vltro citroque.*

Pagus ille totus

*Erst, vna mansit
Hac domus superstes,
Martyris tutelâ.*

Incola mirantes,

*Hunc larem QVIRINI
Nominarunt inde,
Quòd tutarit illum.*

*De nauì, quæ trecentis viris immota, à quinquagenis le-
uiter ENO immissa est.*

ODE DICOLOS HEXASTROPHOS.

Metrum Trochaicum Archilochium.

*PLEBS cuius QVIRINE festis
Affluebat acriis.*

P 2

Quam

Quam iocunda fouit aetas,
Dum sacram petis tumbam
Ianuamq; gratiarum
Quae patescit omnibus.

Diues angit agmen, ENO
Vt nouam ratem vadis
Inferat; sed in regressu
Hoc agi sponponderant,
Et DEO prius studebant
Sacra vota reddere.

Attamen viri trecenti
Sublitere circiter,
Et graui labore vanè
Applicare dum student
Proximis aquis carinam,
Illa fixa perstitit.

Quinquies deni reuerfi
Post soluta Martyri
Vota, radio repressos
Qui remanserant vident,
Tunc trahendo * pauci
Nomen inuocant pium.

Martyr inuocatus audit;
Navis acta labitur,
In fluenta fertur vltro;
Clamor intonat simul.
Laus boni sonat patroni
Ore plebium frequens.

Iusta disciplina claret
Vota negligentibus,
Puniens reos labore;
Euidensq; gratia

HENRICH
SJJ
COM. Jm
SIV
24

Vota comprobat peracta.
Gloria decus Deo.

De milite Babinbergense, qui caballum vouerat.

ODE DICOLOS TETRISTROPHOS.

Metrum duobus versibus Asclepiadeum, Tertius Pherecratius. Constat Spondeo, Dactylo, Trochæo.

Quidam miles erat captus ab amulo,
Inclusus tenebris sederat anxius,
Omni re miserandus,
Passus vincla diu spe dubitauerat,
Cunctis auxilijs deficientibus
Illi consilijsque.
Atrox hostis ei clauserat omnia
Spiramenta spei, quem sepeliuerat
Intra carceris ima.
Tandem commemorans mentis in abdito,
Quantos eripuit casibus asperis
Clemens sepe QVIRINVS;
Huic deuouit equum, qui fuerat domi
Conseruatus ei fortis & aptior,
Si se liberet inde.
Non dilata diu gratia; prodiit
Vinctus liber, abiecit nexibus erutus,
Membris sospes & acer.
Qui deuotus equum Martyris ad sacra,
Sicut proposuit limina deferens,
Valuis noctit habenas.

Is verò sonipes carus erat sibi,
 Quem nisi precium dando reducere,
 In dono solidum fert.

Stabat fixus equus, frena tenent fores;
 Argentum duplicat, lora nec explicat;
 Et parè triplicabat,

Non soluens animal; dona quadruplicat,
 Statur rursus sonipes; nec nisi septimo
 Dissoluit solidose.

De Romipeta, qui equum S. QVIRINO deuouit.

ODE DICOLOS HEXASTROPHOS.

Metrum Trochaicum, vno versu Acatalecticum,
 altero Catalecticum.

ALTER expetebat urbem,
 Qua tenentur incliti
 Principes Apostolorum,
 Vouit equum quo sedit,
 Si reduceret valentem,
 Ferre dono Martyri.

Duxit & reduxit illum
 Sospitem leui gradu:
 Venit ad templum QVIRINI,
 Ad fores equum ligat,
 Pro redemptione cuius
 Sex Deo siclos dedit.

Exiens equum ligatum
 Ianus resolvere
 Tentat, & non praeualebat:
 Obtulit quod & prius.

*Frena tractat eruenda,
Nec datur solutio.*

*Quatuor siclos ad aram
Deferebat ultimo;
Subingale tum resoluit:
O QVIRINE, dixerat,
Magnus adiutor, & acer
En negociator es.*

*Præsuli Turonico par
Iste Martyr exiitit,
Ille Chlodoueo regi,
Bella dum Gothus parat,
Victor & redit, caballum
Reddit siclis ducentis.*

De Clinica sanata in Ecclesia Parochiali Beati QVIRINI.

ODE MONOCOLOS TETRACSTROPHOS.

*Duobus Iambis, & syllaba, duobus Dactylis
constans.*

*I*nfirmitate pressa perenniter
*Primis ab annis femina debilis,
Delata passim per loca plurima,
Nullum leuamen languida senserat.*

*Plebana perstat Basilica domus
Ab Affrico que proxima terminat
Possessionem Martyris incliti,
Parochiam qui continet alteram,*

*Sed illa sedi subdita Præsulis
Quam monte Babe Rex prius edidit,
Ac regalum compsit opum bonis,
Vetus reseruat nomen Hagaria*

Ab huius

Ab huius isti plebe genus fuit
 Paupercula, quæ strata fouens diu,
 Frustraq; sacra circuiens loca,
 Eadem QVIRINI viderat vltimo;
 Hæc collo supra Danubium sita,
 Plebes regit, cui CELLA vocabulum
 Eò propinquis illa ferentibus
 Delata supplex in Quadragesima
 lacebat orans, vota Deo dabat,
 Vt sanitatis munia redderet,
 Ligata morbis membra resolueret,
 Ac debitis hæc officiis daret.
 Iam sabbatho dum Missa peredita,
 Moneret addiritè Synaxeon,
 Cui vesper affert nomen in ordine,
 Se dirigebat clinica lectulo;
 Primumq; fessi singula corporis
 Sic membra sensim tendere cœperat,
 Vt sana tandem surgeret eminus,
 Mirando turbis illachrymantibus.
 Diuina clerus carmina cecinit,
 Sonant QVIRINVM cantica plebium,
 Deuotionis gaudia dulcia,
 Fletu remiscens organa cantuum.

De puero languente, qui gleba pensatus apud fontem
 B. QVIRINI, in triduo defunctus est.

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.
 Metrum Dactylicum, Quatuor Dactylis Constant.

LAUDE salubris aquæ miseris pia
 Mira recenseo, Martyris optimi,
 Clara Camæna fideliter insonet.

Fons patuit medicabilis omnibus,
 Subsidiū populis cupientibus,
 Corporeis super anxietatibus.
 Martyr ut huc Latio venit exulans,
 Hac voluit dare flumina gratiæ,
 Gleba potens ubi nocte quicuerat.
 Ille latex licet vberē munere
 Languida membra frequens reparauerit;
 Iuratamen tenet hæc specialia,
 Quod puerilia corpora morbida,
 Si fuerint ibi cum prece sedula,
 Pensa solo, sequitur reparatio.
 Non ita septima lux aderit sibi,
 Quin miseros reparata salus leuet,
 Cui pia mors requiem placidam ferat.
 Id quoque tempora nostra probant satis,
 Dum modo gratia se vetus innouat,
 Cuius ibi duo mira recensco.
 Femina trans TEGRIENSE fretum manens,
 Languiduli, cruciata doloribus,
 Sex, pueri fuit anxia, mensibus;
 Cui laticis memorando senes viri
 Mira peracta sub anterioribus
 Ritè monent ibi querere gratiam.
 Paruit exhilarata monentibus,
 Portat eò puerum miserabilem,
 Huncq̄, soli propè pondere pensitat.
 Spe vegetata bona redijt domum;
 Tertia lux animam pueri beans,
 Dat requiem miseræ mulierculæ.
 De eo qui ablutus in fonte B. QVIRINI, diutina in-
 firmitate infra triduum absolutus est.

Q

ODE

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.

Metrum Anapaesticum Pindaricum.

TITVLVS Sixti Martyris almi
 Romani quoque stat Pontificis,
 Cui sunt occidui Tegrienses,
 Vbi Guuernerius, scribe frater,
 Iacuit vi deficiens febrium
 Glandibus inguine tangens nimis,
 Cruciamine longo pressus homo
 Subeunte putredine perdidit
 Ceteri delapsa virilia morbo,
 Immodicisq; doloribus actus
 Clamoribus altis resonabat;
 Neque luce sibi, neque nocte quies.
 Ita fessum tam fortibus agrum
 Languoribus annus agit geminus,
 Dum spes nulla foret medicina.
 Aliquando tamen sopor hunc tenuit,
 Ceteri Deo miserante monetur,
 Diluat vt se fonte QVIRINI.
 Bona spes alacrem lecto releuat,
 Baculo fultus sequitur socios,
 Laticemq; salutarem petijt.
 Panibus & caseolis ibi se
 Pensans, distribuebat egenis;
 Lotus clara voce perorat:
 Pie Sancte QVIRINE Dei Martyr,
 Si viuere debeo corpore semi,
 Nolo diaria viuere septem.
 Mihi tu bone propitius tribuas
 Dolor vt meus hoc spatio pereat,
 Si nisi spes redit integritas,

Remeans nihil inde fuit dubius,
 Quin precis effectum mox caperet;
 Soluit lux triduanæ dolores.

• De fœmina quæ calculo liberata est.

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.

Metrum Iambicum Pindaricum: recipiens Spondeum,
 Anapestum, Tribrachyn præter
 legitimos.

EX pago Norici, quem Vaganam dicunt,
 Quæ Martyris mulier deuenerat tumbam,
 Quæ calculi morbo periclitabatur;
 Incommodo tali biennium ducens,
 De more parturientis intumescibat,
 Penitusq; sibi factum tumor prætebat.
 Eacrebrò supplicans frequentarat templum;
 Clemens patronus obtinenda differebat,
 Donec meritum fides instantiâ capter.
 Tandem precibus incumbens illa sedulis,
 Quadam die repente gratiam sensit,
 Ex intimis se viscerum lapis soluit.
 Festina mox discessit adibus sacris,
 In limine considet nunc præualens vltra,
 Quam matronæ leuantes educunt fessam.
 Grates agens Deo petram iecit duram,
 Quo propè comparem fibrisq; concretam,
 Quam forfice matronarum defecant curæ.
 Sospes redijt domum Sanctiq; collaudat
 Magnalia Martyris QVIRINI præclara,
 In se manifestius probata contestans.

Q 2

De pete-

De peregrino, qui ob eadem auunculi, circulis ferreis
constrictus, sancta nocte Paschali absolutus est in
in Ecclesia B. QVIRINI.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. PRIOR
versus Asclepiadeus, alter Pherecratius.

Q Vidam cedere reus stravit auunculum
Spernens iura propinqui.
Inferatus ob hoc nexibus asperis
Ibat per loca sancta.
Quaerens & veniam criminis ipsius,
Et nexu quoque solui.
Hic dum tenderet, ut Saxonia pium
Quaessisset Gotehardum,
Abbas ante fuit qui Tegriensibus
Vno nec magis anno,
Apparens senior canitie mera,
Assatur peregrinum:
Queras Boiaria, vir bone, finibus
Sancti templa QVIRINI,
Qui martyr situs est corpore nobili
In claustro Tegriensi.
Illuc perge citus, nec dubitaueris,
Quin soluaris ibidem.
Respondens miser hic; non sibi cognitum
Hunc callem memorabat.
Cui rursus senior: Nil remorabere
Nec quicquam verearis,
Rectam nempe viam certius inuenis,
Pergens ad loca sancta.
His dictis monitor visibus excidit.
Surgit praemonitus vir,

Promissus

HENRICH
SII
TOM. II
SIV
24

Promissisq; bonis fissus iter petis
 In terras alienas,
 Quamvis lingua sibi cognita Norica
 Via vixunque fuisset.
 Demum perveniens attigerat sacram
 Clari Martyris adem,
 locundi celebris tempore Sabbathi
 Quod fert gaudia Pascha:
 Nocturnalis vbi sine Synaxeos
 Christi laudibus astans,
 Dum, Surgens, canitur, victor ab inferis,
 Lato carmine plebis.
 Hauserit glorificæ munera gratiæ,
 Amlaude QVIRINI.
 Ferri prosiliunt denique circuli
 Vna carne sepulti,
 Quod cernens populus, tunc numerosior
 Ob Paschalia festa,
 Laudes conduplicat multimodas Deo,
 Crescunt vota patrono,
 Quicquid miseris, spes pia pauperum,
 Audiat vota precantum.

De alio itidem inferrato, qui ante valvas Ecclesiæ
 B. QVIRINI resolutus est.

ODE MONOCOLOS DISTROPHOS.

Metrum Anapesticum Paremiacum, Ex Dimetro Catalectico, hoc est tribus pedibus & syllaba.

Recipit omni loco Anapestum
 vel Spondeum.

ALIVM parili vice strictum
 Ferri torques onerabant.

Q 3

Adras

Aderat venerabile festum,
 Reditens in fronte Nouembris.
 Iacuit miserabilis isdem
 Vir in hospitio requiescens,
 Et ab apparente monetur,
 Vt ad Ecclesiam properaret,
 Vbi donandam medicinam
 Sibi certam non dubitaret.
 Nihil inde miser remoratus,
 Petijt sacra limina templi.
 Stetit orans aeger ibidem
 Pietatem Martyris almi,
 Quatenus dignetur ei iam
 Cruciamina soluere longa;
 Subito ferri resoluti
 Nexus procul exiliere,
 Cute qui merse moribunda
 In corpore delituerat:
 Dolor acer vulneris illum
 Cogebat vociferari.
 Titubans etenim cecidisset,
 Deus hunc nisi continuisset,
 Inuisibilis sibi visus
 Astare comes vel amicus,
 Ad se stringebat eundem,
 Donec bene conualuisset,
 Gemitus iam vociferantis
 Reticent preces resonarunt
 Medico celeri tibi Martyr,
 Qui semper ades miseratus
 Dignis precibus miserorum,
 Saluens numerosa pericla;
Nec fuit

HENRICH GANZ
 S. J. J.
 COMING AM
 S. J. V.
 24

Nec fons unquam pietatis
Tibi deficit omne per auum.

De illo, qui bouem compatri furatus, nummos eidem
cum marsupio præcidit, meritis Beati QVIRINI
diuinitus propalato.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM
Iambicum Archilochium tribrachum. Prior versus Tri-
meter, secundus Dimeter Acatalecticus.

VBIQVE fraus in orbe latè dum furie
In proximos & cognitos,
Quidam bouem tulerat furatus compatri,
Fidem minus vel fas tenens;
Vterque post ad Ecclesiam celebri die
Ie, actor & questor rei:
Vbi dum populi frequentia se densans premit,
Et hi duo propiant sibi,
Fruudi manus apta sacculum præciderat
Cum ter decem denarijs
Prenominato supra compatri suo,
Furti cauillatus lucro.
Quod non diu potens patronus pertulit,
Sed ocys prodit reum:
Solemibus peractis plebs reliquit domum,
Remansit ille solus hic,
Sacri laris per lustrans omnes exitus;
Tenent eum pansæ fores.
Nec ullus huic aditus patuit obnoxio,
Quem Martyr alligat reum.
Sacrifista transiens spaciari peruidet
Incognitum templo virum.

Quid hic

Quid hic agis, inquit, homo? claudenda sunt fores,

Exi citò Dei domo,

Is denegat exitum sibi dari foras,

Per Martyris potentiam.

Quidnam Dei pro nomine contigit hîc tibi,

Ut hinc negetur exitus?

Refert per omnia crimen ille reus suum,

Furtum bouis seu sacculi.

Questus inuenitur isdem compater,

Quæ damna culpa læserant,

Ei datur optio tandem de bis sex bubus,

Sibi deligendi quem velit.

Redduntur & nummi male possessi dolo.

Tibi laus QVIRINE personat.

De duobus leprosis, qui vno tempore ad Ecclesiam D.

QVIRINI venientes diuerso loco & dispari exitu,
ambo tamen curati sunt.

ODE MONOCOLOS TETRASTROPHOS.

Mærum Glyconium ex Spondeo, Choriambo,
Pyrrichia.

SPARSIT lepra duos simul:

Hi tumbam pariter sacram,

Festo Martyris incliti,

Disiuncti tamen, expetunt.

Ambo dissimili modo

Senserunt piæ gratiam,

Deterse maculis suis

Hora dispare seu loco.

Vnus dum precibus studet

In Cryptæ posticus lare

HENRICH
SII
TOING
SIV
24

*Lassum somnus eum rapit,
 Et grata requie fouer:
 Quem cum deseruit sopor,
 Sudor plurimus occupat,
 Ipsum sordibus eluens,
 Cui mox pulchra redit cutis.*

*Exurgens alacer fugit,
 Decedensque loco sacro,
 Velox inde petit domum,
 Nil gesta memorans rei.*

*Hunc miles probus agnitum,
 Causam dicere iusserat,
 Confessumque reduxerat,
 Ut grates ageret Deo.*

*Tandem protulit omnia
 In se facta benignius,
 Sospes stans ope Martyris,
 Et sic latus abit domum.*

*Alter pressus ea lue,
 Ut venit, remeauerat
 Eger, vota precum dolens
 Quod fudisset inaniter:*

*Quaesuit tamen exiens,
 Qua fons Martyris effluat,
 Hoc à prætoreuntibus
 Addiscens, ibi se lauat.*

*Confestim recipit color
 Illum latus & optimus,
 Laudatur celeberrima
 Ulmi gloria Martyris.*

De Clinica, quæ ad tumbam Martyris veniens obdormiuit, & quendam vidit pedem comprehensum trahere, & dirigere. Vnde euigilans sanata est.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM
Sapphicum, adiuncto Glyconio.

Mo. bidis quadam religata neruis
Veni femina debilis,
Cui pedum pars ima retorta creuit
Egro femina.
Illa dum procumberet ante tumbam,
Somno vincitur ocyus,
Et videt clari iuuenem decoris,
Se prensam pede tender.
Nec diu somnum capiens, repente
Sanam se vigil expauec.
Plaudit insueta sibi sospitate,
Demum membra recorigens
Incipit vestigia rectè ferre,
Etsi ponere nesciat.
Intonat carmen populi QVIRINVM
Tutorem miseris pius,
Et que languentum medicum potentem
Vox gaudens canit omnium.

De raptoribus, qui sæpius panes & cibaria fratrum & lagenam vini tulerant, excæcatis.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM
vno versu Phalœucium, Altero Dimetrum Dactylicum,
Archilochium, duobus Dactylis, duobus
Trochæis.

FRATRVM seruitio ferenda vina,
Tarda via mora præpediuit.

Solert

HENRICH
SII
TOM. III
SIV
24

Soler economus reperta rare
 Pocula detulit vsibus dans
 Andrea celebri die fidelis
 Obsequio tribuenda fratrum
 Dissensere viri studendo bellis;
 Mutua cades vbi que feruet;
 Discurrendo ferunt metuntq; mortes;
 Turma latrocinij cibatur.
 Omni nempe die tulere, quicquid
 Canobio fuit apparatus,
 Et potus rapuere partem
 Primitus est vt equo remissa.
 Iam solemnis Apostolo fuit lux,
 Ac prope tertia lucis hora;
 Elata cruce Martyris sepulchrum
 Circuere precando fratres,
 Pradonum violentias repelli
 Ritè patrocinijs QVIRINI:
 Hinc & mysterium canendo Missæ,
 Causa Deo precibus refertur.
 Exin nocte sequente vindicatur
 Continuata rapina fratrum.
 Qui vinum tulerant, ab hoste capti,
 Luminibus spoliantur octo.

De Guernerio Ameone, qui ostium Ecclesiæ B. QVIRINI securi percussit.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM

primo versu Iambicum Archilochium, admittens quandoq; Anapaestum; altero Elegiacum.

PROCAX agebat hostem insequens
 Martyris ille piam fugit in Ecclesiam.

R. 2.

Qui

Qui turre contutus interim latet,
 Donec dura dies transiit & hæc rabies.
 Sed insecutor dum non inuenit viros,
 Hos crebro quarit, claustra secure ferit,
 Vacuus redit tamen prorsus nihil ferens.
 Vindex ira Dei fit comes acris ei:
 Nam mente captus dum redire cœperat,
 Sacrilegum rapuit mox furor, vt meruit,
 Domum relatus infortunijs cadit,
 Corporis & rerum damna premunt miserum.
 Pœna reum viuum consumunt debita,
 Quem sepelire parat plurima pestis arat.
 Tandemq; notior vindicta criminis
 Cum latè patuit, mors grauis hunc rapuit.

De arreptio, qui dum trahitur ad templû, se propiciens
 effugit in montem, ibiq; curatus est.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM
 vno versu Asclepiadeum, altero Iambicum
 dimetrum.

CAPTIVS demonio cum trahitur ferus
 Ad Martyrem pro gratia,
 Extorsit manibus se retinentium
 Cursuq; sylvas appetit:
 Montis nempe subit celsa cacumina,
 Quem nominant Albarium.
 Illic cura gregum detinuit viros
 Tunc plurimos in alpihus:
 His Energumenus fortè coheserat
 E saltibus pulsus fame;
 Pastores casulis se refouent foco.
 Demens eis hic astitit.

Qui labens

Qui labens subito mergitur ignibus,
 Partimq; flagrans laeditur.
 Cum magno vomitu demon eum fugit,
 Cui sana mens statim redit.
 Et palam retulit laetior omnibus,
 Quid gratia tum senserit.
 Lucem conspicuam vidit ab aethere
 Lapsam per auras eminus.
 Hec dum clara meat montis acumine
 Transitq; verticem viri.
 Damon sternit eum calica non ferens;
 Diuina sensiens abit.
 Nam Martyr sub eo se radio sacer
 Terris QVIRINVS intulit,
 Conducens duplici luce Georgium
 Ad gratia decus pium,
 Quorum diffugiens ocyus improbus
 Non pertulit praesentiam.
 Vir sanus repetit Martyris atria,
 Laudans Dei clementiam,
 Qui semper miseros propitius iuuat
 Per Martyrum suffragia.

Deo, qui procaciter indignando requirens, quis esset
 QVIRINVS, obmutuit.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM

vno versu Alemanium, Dactylicum, Tetrametrum
 Acatalecticum; altero Iambicum
 dimetrum.

RVRICOLAM dum seruitij sui
 Tadet, vagus petit fugam:

R 3

Is ditioni

Is ditioni subditus extera

Liber colonus extitit.

Dedita sanctis munia deferens,

Agros reliquit publicos,

Obsequio qui Martyris indisi,

Fratrum coluntur visibus.

Ergo fugax isdem remanens diis

Extra sui iuris viam,

Sulbaciensis heri fuit accola,

Pago sedens Boiaria.

Viderat hunc Dapifer probus

Gauernerius loci sacri.

Hic quid agis? famulabere iustius;

Ait, QVIRINO Martyri.

Præpositus comitis responderat,

Quis est QVIRINVS hic tuus?

Hic meus est: mihi seruiet à modo.

Quod ut procax edixerat,

Mutus in æternum manet ille vir:

Hoc vltimum verbum sibi.

Deluce in Ecclesia B. QVIRINI, noctu diuinitus ostensa, cum suavi concentu.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRUM
uno versu Alcmanium Dactylicum Trimeterum Hypercatalecticum, è tribus Dactylis, & syllaba. Cetero Pherocratium recipiens prima regione pro Spondeo Anapastum.

*F O E M I N A religiosa dominum *
 Venerans memoratur*

inord d

ε R

Expertisse

HENRICH
 S J J
 tom 9
 S I V
 24

Expetiſſe locum ſanctum,
In quo Martyr habetur.

Hæſero requieturæ

Ad templum prius ibas,

Æ longè qua proſpiciens

Claras luce fenestras,

Fulgureo ſplendore domum

Plenam cernit ab intus.

Præterea reſonans audie

Suavi carmine voces.

Eccleſia portas adijt,

Offendit quæ ſeratas.

Pluribus oſtendens eadem,

Cunctis mira videbat.

Vndique circumijt templum

Dum ſit ianua clauſa:

Et quaſi ſol foret incluſus

Lux extra radiabat.

Nec ſplendor defecit ibi,

Neque concentus amœnus,

Donec poſt modicum ſonuis

Solito fuſile ſignum.

De Abbate Vdalscalco, qui iniuſtam ſententiam contra
B. QVIRINI familiam approbare niſus, paralyſi
in triduum obmutuit.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM
Trochaicum Alcmanium, ex quatuor Trocheis, &c.

CAVSA dum foret gerenda
Quondam complacitata,

Anno Domi-
ni 1102.

Approbare

Approbare nisus Abbas
 Cuidam noua iura,
 Quae super plebes iniquè
 Sanxit Martyris almi,
 Vsum perdidit loquela
 Subita debilitate;
 Qui rem gesserat sinistrè
 Contra iura priorum.
 Sic tribus diebus illum
 Constrinxit paralysis,
 Vt nihil prorsus valeret
 Effari super hac re.
 Tertia die remitteus
 Lactis nutibus illam
 Immitem sententiam, mox
 Linguae vincla resoluit.

De Valscalco Praecone familiarium B. QVIRINI in
 HALLE villa Salinaria, qui damna Ecclesiae reticens
 obmutuit.

ODE MONOCOLOS DISTROPHOS.

Metrum Phaliscum, ex tribus Dactylis &
 Pyrrichio.

PRAECO datus socijs ferus erat,
 Ecclesiaeque sua sine fide
 Res agitans, aliena studuit
 Inde iuuare negotia magis,
 Premia suscipiens male data,
 Iustitia stetit obuius ibi,
 Quo reditus salis omne refertur
 Negotij variabile lucrum.

Canobij quoque damna reticens,
 Plus sibi cognita, noxius erat,
 Indicibus famulans maleuolis,
 Exposuit socios vafer * eris.
 Res ea, quam refero, noua patet,
 Visibus hanc memor ipse recolo.
 Seruitij veteris facile ius
 Dum melior famulatus ageret,
 Ogdoea pars geminata salis hic
 Vendita clam reperitur alijs,
 In varijs manibus dubia stans,
 Martyris ex ditione perijt.
 Quod scelus ille sciens, neque volens
 Indicium dare, per dita quis hæc
 Tunc habuisset, vt inde reperti
 Res potuisset abacta nequiter,
 Dum ratio sibi nulla valuit
 Consuluisse rei dare viam,
 Perdidit eloquij miser opem,
 Quam malè gesserat, impiè negans
 Commoditatibus hanc tribuere,
 Testificando loci bona sacri,
 Quæ tamen edita post patuerant,
 Ciuibus excipientibus ea.
 Hi quoque vendita qui tenuerant
 Nominibus patuere proprijs:
 Mutus at ille remansit & egens,
 Corpore debilis atque tremulus,
 Mortis adusque diem miser ea
 Clade notabilis omnibus erat.

De iudice Alrahensi, qui apud Torndorff in Cœmete-
rio Ecclesiæ B. QVIRINI domum ædificauerat.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRUM
Phaleucium, ex Spondeo, Dactylo, tribus Trocheis.
Alter versus Elegiacus.

CIRCA Danubium QVIRINVS olim
Notus ab Ecclesiæ claret honore suæ,
Qua signis varijs frequens coruscat
Rite patrociniij gloria diua sui,
Genti Boëmica manet celebris,
Qua laris atque rei vota dat omnis ei:
Atensi populo patet verendus,
Qui quæ plebeiam continet Ecclesiam.
In cuius cimiterio sacro
Structa fortè domo pulsus agebat homo.
Qui iudex socijs tamen rebellans
Victus cecit eis à laribus proprijs.
Ruptis Ecclesiæ vir ille muris,
Hospitio tacitum fecerat introitum.
Cessarunt ibi signa gratiarum
Martyris ipsius munere crebra prius.
Indignata salus manum retraxit,
Immeritosq; sequens, rara sit, ante frequens.
Quod non improbus iste pertimescens,
Vix anni spacio mansit in hospitio.
Nec plenè reuolutus ibat annus,
Martyris ex ira fit domus ista pyra.
Nunc stultus reparare non veretur:
Quæ malè structa fuit rursus ab igne ruit.
Insensatus eam refecit ille:
Sed pletebat eam tertia flamma ream.

iam quarti sceleris pudor recessit
 Durata facie, ne via sit venia.
 Nam quarto reparata flagrat ades.
 Vitrix vindicta crimina soluit ita.
 Tandem quippe recogitans QVIRINVM,
 Tot vicibus vetitum deserit introitum,
 Interrupta repletur ora muri;
 Crescit adacta foco gloria digna loco.
 Sed non dissimili furore fertur,
 Filius eiusdem adificans iidem,
 Annis qua geminis Deo rebellis
 Bis frustra reparat bis quoq; flamma vorat.

De paralytica sanata in præfata Ecclesia.

ODE MONOCOLOS TETRASTROPHOS.

Metrum Dactylicum Archilochium Tetrametrum,
 recipiens pro spondeo vel Dactylo
 Anapestum,

MATER plebani fuit agra
 Paralyti sic iam religata,
 Ut nisi sella proueherecur
 Nusquam profusus progrederecur.
 Ea voto supplex delato
 Ad præfatam Martyris aulam
 Quæstæ dolorem mente fideli
 Speratam petijt medicinam.
 Quam cum deuota prece poscens
 Munus deposuisset ad aram,
 Mox nerui morbo resoluti
 Cæperunt sensim solidari.

S 2

Pedibus

*Pedibus letasuis repedabat
 Quam deportarunt alieni;
 Cum populo laudes resonabat
 Sospes meritis Martyris almi.*

De Bernoldo Altrahensi, qui nimietate languoris amif-
 fo visu, octo annis cæcus, apud eandem Martyris Ec-
 clesiam curatus est.

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.

*Metrum quod supra, absque Anapesto, quem in eo
 Bœtius ponit contra regulam
 centimetri.*

Captus febre ministerialis
 Longâ Mauritiij Ducis alti
 Perdidit omnem luminis usum;
 Sic annis octo sine luce
 Conuersans vitâ miserandâ
 Damnatos circumtulit orbes.
 Demum venit spe medicina
 Ad memoratam Martyris adem,
 Iunctus plebi tempore festo,
 Ac fidei duce lumine lumen
 Amissum repetit prece firma
 Per pia sancti dona QVIRINI.
 Accipit ille fidelia vota,
 Et referantur lumina clausa,
 Lux tenebras* in Missa fugauit.
 Tum resonarunt cantica plebes.
 Duatorem spernens remeabat,
 Ante manu pertractus ad aram.

Immissa.

De Equis

De Equis, qui Cœmeterium supradictæ Ecclesiæ ingressi, post horam mortui reperiebantur.

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.

Metrum Iambicum Dimetrum Hypercata-
lecticum.

VEnatione militares
Viri feruntur occupati
Versus domum sacram QVIRINI;
Deuotione debita se
Demiserant equis citato
Et supplices templum petebant.
Sed negligentius caballos
Liquere stantes ante valuas,
Ac liberos custode nullo.
Dum nemo detineret illos,
In atrium simul ruerunt,
Ibi malignè pabulandi.
Mors est eis locus sacratus
Presumptus insolenter illis,
Ex quinque nullus est superstes.
Vt exière militantes,
Inuenerant equos iacentes.
Creuit timor loco verendo.

De saxo secus eandem Ecclesiam.

ODE MONOCOLOS TETRSTROPHOS.

Metrum Pherecratium continuum, ex Spondeo,
Dactylo, Spondeo constans.

MIRAM vindicis iram
Claras omnipotentis

S 3

Res

*Res gestas habet omnis
 Sacri pagina scripti.
 Non ignes Sodomorum
 Vxorifue Lotbæ
 Fœcundam sale petrans
 Ignorare licebit.
 Nec pauper Deus ira
 Fert ostenta sceleris,
 Quamquam gratia diues
 Venâ nunc patet almâ
 Etsi tempora nostra
 Iam sint plena periculis,
 Vi Paulus memorabat,
 Non nos gratia liquit,
 Donans supplicibus se
 Ac duos nocuosque
 Crebro vindice pœna
 Plectens siue coercens.
 Res hæc quam referemus
 Dum sit conscia paucis
 Præpollentibus ævo,
 Formam sacrilegi dabo.
 Iuxta præmemoratam
 Clari Martyris adem
 Demonstratur ad Austrum
 Quadam parte remota
 Saxo forma Caballi,
 Frenum sellaq; cui sit,
 Tanta proprietate
 Ac si vixerit olim.
 Ascensor propè parer
 Tanquam desilisset*

Retrorsum fugiturus
 Tocus saxeus ipse.
 Haeret pes sibi dexter
 In strepa, later alter
 Sub terra, neque corpus
 Cernes vsque sub alas,
 Pressus mole caballus
 Fixis cruribus altè
 Vasta desidet aluo
 Nitens semper in ima.
 Sed quid res ea signet
 Ex verbis seniorum
 Haec comperta canemus
 Diua laude QVIRINI.
 Supra saepe relate
 Dum res Ecclesie fur
 Conuasando tulisset
 Lumentumq; grauasset,
 Sedit desuper ipse
 Durè calcibus vrgens,
 Et persensit equum mox
 In petram riguisse;
 Cum statim celerando
 Dextrorsum resiliret,
 Transit postima dorso,
 Vix tangens pede terram,
 Confestim lapis extat,
 Nec vindicta reliquit
 Factis digna fugacem
 Bruto cepta caballo.
 Ne sententia summa
 Neglexisse merentem

Posset

Possit iure videri
 Dum punit pecus innox.
 Si quem res inopina
 Et tam mira mouebit,
 Sollers audiat acta
 His non dissona multum;
 Et quae per loca certa
 Et vicina valebit,
 Signarius datur iudex
 Praesens noscere visus.
 Austro Norica tellus
 Cisalpestribus oris
 Florens Ecclesiam fers
 Lindensis sibi nomen.
 Quae tres munere panes
 Oblati super aram,
 Sublati quoque furto,
 Iam sunt sacra per auum.
 In Busenkaimena
 Perstant Ecclesiae nunc
 Petra, dispare mole,
 Omnes bis geminae sunt,
 Et quaedam cubitales,
 Aut binis cubitis sunt,
 Seu parum minus aut plus,
 Et cerae color his est;
 Omnes interiore
 Strictim parte forata
 Lychnum sponte fatentur
 Quod ferrent aliquando,
 Nec longo memoratur
 Res hac gesta sub ano.

Vno teste repleuit
 Aures, indice visu.
 Sollers Arthemius vir
 Et clarus Tegriensis
 Miles robore pollens
 Hanc adem renouarat.
 Nam templum memoratum
 Muro consolidauit,
 Quod lignis prior etas
 Instruxisse refertur:
 Intactam tamen aram
 Seruarat, quod eandem
 Antistes sacer olim
 Vdalrice sacrariis.
 Hac ara steterant hi
 Cera denique trunci
 Sublati, reparandi
 Cera plure coacta.
 Quos ex adicula fur
 Raptans editiore,
 Sacras tibi vestes
 Structorisque tulit rem.
 His dum tendit onustus
 Effugisse laborans,
 Præco circuit illic
 Longa nocte dieque
 Nec decedere campo,
 Nec deponere prædam
 Vlla sorte valebat,
 Constringente Deo
 Confessus malè raptas,
 In pagumque reductus,

T

Vestes

Vestes reddidit omnes.

Petras cera creatat.

Iuxta Danubium stant

Pagi, *VV*insteuam quos

Dicunt Cleminiamque;

His consinia iuncta

Discernuntur icona

Quae fert saxea saccum

Disentum satis, aequè

Saxi pondere durum.

Hinc plebs accola narrat,

Quod furis sit imago,

Vecors Ecclesiam qui

Vicinam spoliavit,

Sacram nomine Petri

Ac villâ memoratâ

Quae rurense forum dat

Pro tutamine structam.

Id terra simulachrum

Axillas.

Ascellas propè mersum,

Fertur vi nec ab arce

Sursum posse moueri.

Inter crebra salicta

Callis ducit ad urbem

Turbas Cureatensem;

Hic rupes stat equina,

Petrinusue caballus

Sella nudus habetur;

Quem sessore perempto

Dum traxère latrones,

Seu casti pietate,

Seu virtute superna,

HENRICAN
SJJ
COM. Jm
SIV
Z4

Fertur diriguiff,
 Eruo merfus & ipf.

De altera in rure Danubij Ecclesia B. QVIRINI, quæ
 cum possessione, ad quam pertinet, ab Arnaldo
 quondam Duce, in beneficium data fuit.

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.

Metrum Pindaricum continuum, duobus Da-
 dylis, duobus Trochæis
 constans.

Danubius fluijjs datus rex,
 Fert ratibus decies duces sex,
 Septifidusq; Thetin coronat:
 Illius in gremio QVIRINVS,
 Scuid agros prius obsequentes;
 Fagus habet locus is notamen:
 Ecclesias spolians tyrannus,
 Hæc tulerat bona, dans habenda.
 * Imbripolis Comiti potenter;
 Qua nouiter Comes vrbis eius
 Vt * properi dedit arua iuris,
 Rus placitum sibi cambiendos;
 Hinc vetus hîc ager est receptus
 In tua iura sacer GEORGI.
 Canobio tibi dedicato.
 Ecclesiam prior hoc patronus
 Rure piam miseris habebat,
 Et populo celebrem fideli:
 Perdita qui cupiunt rescire
 Hactenus huc veniunt precantes,
 Nota ferunt nihil hesitantes,

* Ratisbon.

* proprij.

T 2

Quia

Quin triduo capiant abacto
 Certius indicium suorum
 Aut procul aut propè perditorum.
 Curtis holus nimium peribat,
 Et vacuum remanebat aruum,
 Fure domi cumulate porrum;
 Oeconomus sua vota tandem
 Ad tua sacra QVIRINE defert
 Limina, conqueritur rapinam:
 Certior inde silet querelam.
 Tertia lux venit, & repente
 Fur aderat, malè rapta gestans:
 Omne rei facinus fatetur,
 Reddidit integra que tulisset:
 Nam nec in visibus hæc redegit.
 Præterea retulit patenter,
 Martyre durius imminente,
 Talia se mala pertulisse,
 Ut sibi vita comes futura
 Dum maneat, nihil ex QVIRINI
 Rebus eum libuisset ultra.

De milite, qui inimicum suum in prænominata Ecclesia combussit.

ODE MONOCOLOS TRISTROPHOS.
 Metrum Phaliscum continuum, constans extrema
 Heroici Tetrapoda.

I Nsectans animosus hostem
 Miles in Ecclesiam ruit illam,
 Qua fugiens se clauserat intro.

Multis

HENRICH
 377
 COME
 314
 24

Multa vi terrorque visus
 Hunc à sede repellere sacra:
 Nil, conando, proficiebat.
 Ignes iniecit ferus ædi,
 Quæ flammæ citò lignea cepit,
 Nec mora, conflagravit sacra tota.
 Ambustus qui fugerat illuc,
 Se Sanctis commendat eisdem,
 Ad quos est sua iuncta favilla,
 Quò iungant animam sibi, corpus
 Dum secum voluere cremari,
 Saluus ut est Domini Cruce latro.
 Cessit non impunè triumphus:
 Namque breui latatus iniquus
 Sensit dignam Martyris iram.
 Dum remeare domum celeraret,
 Mens non sana rapit properantem
 Ac pontem transire volentem.
 Lapsus equo, casu grauiore,
 Elisit femur impare gressu,
 Quod posthac sibi debile mansit:
 Delatusque domum tenuari
 Totus, & euanescere cepit
 Sensim, corpore morbidus omni.
 Ingratam dura nece vitam
 Finit demum miserandus
 Sacrilegus, pœnas sceleris dans.

FINIS ODARVM QVIRINALIVM
 numero L.X. Quæ totidem metri generi-
 bus editæ sunt.